SIXTINI AMAMA FRISII

DE

RECTA LECTIONE LINGUÆ SANCTÆ COMMENTARIOLUS.

Vbi præcepta Tironibus necessaria à cæteris distincta sunt.

VNA CVM

Nobiliorum & selectiorum

REGVLAR. TEXTVALIVM SYLLABO.

In quo variis V. & N. Test. locis lux infertur.

In usum Academiæ quæ est Franekeræ Frisiorum.



Franekeræ Frisiorum,

Ex Officina Frederici Heynsii.

M. D. C. X XIII.

dante Jod. Scribitur ויאמר *& dixit.*

10. בם pro בם Præt. Kal à בום,

V. 4. ולנה Præt. Kal pro לנה, à th. לין,

Ibid. וכלתו 2.4.16. ¶ 11. לה pro לה,

Ibid. והניחה Præt. compositum ex hiphil & hophal, à נוח, 1. 12. 6.

VII. 14. ואסערם *procellabo eos*, Fut. 2 Piel pro ואסערם. Aliis est Niphal pro אסער & reddunt, *turbabor* [*cum*] *illis*. 2. 4. 55.

X. 6. והושבותים Præt. hiphil compos. ex ישב & שוב, Jun. *& tranquille collocabo eos.*

XI. 5. ואעשר pro ואעשיר *quod ditatus sum.*

XIV. 2. תשגלנה legitur תשכבנה,

5. הרי pro הרים 1.6.14. ¶ 6. יקפאון leg.,

10. וראמה 1.20.6. ¶ 12. תמקנה 1.25.16. in fine.

MALACHIAS.

Cap. I. 13. מתלאה pro מה־תלאה,

II. 5. נחת Præt. Niphal a חתת 1. 25. 12.

III. 9. נארים *maledicti*, Partic. Niphal pro ְ ex sing. נאר ut נסב, Kamets autem sub א est pro phathach & Dages.

IV. 2. ופשתם 1. 20. 6. in fine.

Et hic repetitur ỷsus penultimus Prophetæ, vide quæ notavimus ad finem Ecclesiastæ.

FINIS.

SIXTINI AMAMA Frisii

D E

RECTA LECTIONE

LINGUÆ SANCTÆ

COMMENTARIOLUS.

Vbi præcepta Tironibus necessaria à cæteris distincta sunt.

VNA CVM


Nobiliorum & selectiorum

REGVLAR. TEXTVALIVM

SYLLABO.

In quo variis V. & N. Test. locis lux infertur.

In usum Academiæ quæ est Franekeræ Frisiorum.





Franekeræ Frisiorum,

Ex Officina Frederici Heynsii.

M. D. C. X XIII.



Egr

D. C

C

tia. L
bätq
gredi
istis c
γοδιοι
Hein
quoc
nego
grina
co ac
cogi
riolu
dem
occu
Van
Æst



Egregiâ Eruditione, humanitate & politica prudentia præstanti viro,

D. CORNELIO VANDALIO,

Linguæ S. studioso & æstimatori.

CUM in nupero transitu me compellares, Eruditissime VANDALI, prolixus inter nos sermo erat de præstantia Linguæ Sanctæ. Erat tibi animus, stabatque sententia ulteriùs in hac lingua progredi, ejusque accuratius studium adjicere istis disciplinis, queîs ante annos aliquot ἐρ-γοδιώκταις viris magnis, Scaligero, Baudio, Heinsio, laudabiliter incubuisti, quarum quoq; exercitio ceu innoxio otio, intervalla negotiorum tuorum in longa illa tua peregrinatione, ut ut hoc neges, dispunxisti. Ex eo adeò tenaciter meo animo inhæsisti, ut cogitanti mihi, cuinam hunc commentariolum bono & usui juventutis nostrę Academicæ scriptum, inscriberem, tu primus occurreris. Accipe itaque, Ornatissime Vandali, hoc munusculum serena fronte. Æstima hoc ipsum non à mole, sed animo

meo. Volui enim hoc extare tanquam μνημόσυνον aliquod initæ nuper amicitiæ, quam me vivo dissolvi nec velim nec optem. Franekeræ Frisiorum XIII. Septembris 1620.

Tuus SIXTINVS AMAMA
Ebr. Lit. Professor.

ADMONITIO.

Quæ charactere hujusmodi, quem majorem cursivum vocant, exarata videbis, Regulæ sunt, imprimis Tironibus ediscendæ.

Quæ hujusmodi autem, quem cursivum Augustinianum vocant, (superiori cursivo paulo minor est) excusa sunt, Tiro quoque ad se pertinere intelliget.

At quæ Italico seu Romano impressa sunt, à Tyrone transiri possunt, imo primâ atque altera lectione debent. Rationem n. regularum & polemica quędam continent, aliaq; ad jucundam theoriam magis, quam necessariam praxin pertinentia.

Hoc scire te volui Lector.

Alphabetum.

Literæ conſonantes XXII.

Nomen.		Figura.	Poteſtas Primaria. Secundaria.	
אָלֶף	*Aleph*	א	*Vim habet ſpiritus lenis Græcorum.*	1
בֵּית	*Beth*	ב	β *b vel bh*	2
גִּימֶל	*Gimel*	ג	γ *g vel gh*	3
דָּלֶת	*Daleth*	ד	δ *d vel dh*	4
הֵא	*He*	ה	*h ſpiritus aſper Græcorum*	5
וָאו	*Vau*	ו	*v conſon. digamma Aeolic.*	6
זַיִן	*Zain*	ז	ζ. *Z. s inter duas vocal.*	7
חֵית	*Hheth*	ח	Hʿ. *Hh. aſpiratio duplex*	8
טֵית	*Teth*	ט	τ *t*	9
יוֹד	*Iod*	י	*j conſonans*	10
כַּף	*Chaph*	כ ך	χ *ch*	20
לָמֶד	*Lamed*	ל	λ *l*	30
מֵם	*Mem*	מ ם	μ *m*	40
נוּן	*Nun*	נ ן	ν *n*	50
סָמֶךְ	*Samech*	ס	σ *s in principio dictionis*	60
עַיִן	*Ain*	ע		70
פֵּה	*Phe*	פ ף	φ *ph*	80
צָדֵי	*TZade*	צ ץ	τσ *ts t in ratio*	90
קוֹף	*Koph*	ק	κ *k* c	100
רֵישׁ	*Reſh*	ר	ρ *r*	200
שִׁין	*Shin*	שׁ	σχ *ſch Germanorum*	300
שִׂין	*Sin*	שׂ	σ *s*	
תָּו	*Thau*	ת	θ *th*	400

Observatio de Orthographia.

OMnes Orientales linguæ, exceptâ solâ AEthiopicâ, scribuntur ac leguntur à dextra sinistram versus, adversus quem scribendi modum temerè disputat Iulius Scal. de causis L.L. cap. 46. Et verissime hic Keckerm. licet duriusculè, Impium esse disputare adversus illud, cujus Deus author est.

De Numero Literarum.

SUnt XXII. Hic numerus atque ordo comprobantur ex variis locis V. T. & quidem evidentissime ex libro Threnorum & Psalmis, & nominatim Psalmo 119. Eusebius Pamphili προπαρ. lib. 10. ἐστὶ δὲ τὰ πάντα παρ᾽ Ἑβραίοις στοιχεῖα δύο καὶ εἴκοσιν. *Sunt apud Ebræos elementa 22.* juxta numerum librorum V. T. Origenes apud Suidam, οὐκ ἀγνοητέον δὲ ὡς εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασι, δύο καὶ εἴκοσι. ὅσος ὁ ἀριθμὸς τῶν παρ᾽ αὐτοῖς στοιχείων ἐστὶ. Isidorus Orig. l. 3. *Ebræi 22. utuntur Elementis secundum V. T. libros.* Nota, numerum literarum nequaquam pro regula Canonis habuisse Ebræos, ut vult Campianus, sed ad hunc numerum à Patribus fuisse allusum & memoriæ causa literarum numero libros æstimasse.

Vide quoq; Hieron. in Prol. Galeato & Epiph. de Mens.

Sic au-

Sic autem eos computant qui Iudæorum πατροπαράδοτον traditionem secuti sunt, V. Libri Mosis, VIII. Prophetarum. IX. Hagiographorum. Octo libros Prophetarum distinguunt in 4. anteriores & 4. posteriores, IV. anteriores, Iosua, liber Iudicum sub quo Ruth, volumen Samuelis & volumen Regum. Vocantur Prophetę anteriores, quod de rebus ante gestis prophetaverint, id est, infallibiliter ex inspiratione Sp. S. scripserint. *Prophetare* enim est synecdochicum interpretamentum Ebraici נִבָּא. Vide Iohan. 4. 19. IV. posteriores sunt Ies. Ierem. sub quo & Threni. Ezechiel & Δωδεκαπρόφητον .i. volumen 12. Prophetarum. IX. Hagiographi, Iob, Ps. Proverb. Eccles. Cant. Esther, Ezras, sub quo Nehem. Daniel & Chronica. Qui 24. numerant, ii seorsim capiunt Ruth & Threnos, & Hagiographis annumerant, ut sint XI. De hac divisione vide Hieron. prologum gal. Athan. in Synopsi, Merceri proleg. in Genes. Rainold. præl. 12. Aretium in Exam. Bucan. in locis Comm. &c.

De nominibus literarum.

HOrum quædam significant aliquid, ut Aleph, Beth, Daleth, Vau, Chaph, Ain,

Phe, Koph, Thau, quædam τεχνικὰ, ut cætera fere omnia. Quicquid enim hic ſudent plerique Grammatici, nunquam oſtendent Gimel ſignificare *Camelum*, Zain *arma*, Cheth, vitam ſeu feram, Teth, lutum, Iod manum &c. Nominum horum antiquitatem probat Alphabethum Græcum, ejus n. nomina antiquiſſima quoque eſſe teſtantur authores. Herod. in Terpſich. & Euſebius præpar. lib. 1. &c. aſſerunt Cadmum primum attuliſſe literas ex Phœnicia in Græciam, unde & φοινικεῖα γράμματα dicta ſunt. Iam verò hunc Cadmum Moſis σύγχρονον fuiſſe docet idem Euſeb. præp. lib. 2. Ipſum quoque nomen Cadmus domo Ebraicum eſt. Eſt enim idem quod ἀνατολικὸς, *Orientalis*. Siquidem à קדם *Oriens*, eſt קַדְמוֹנִי.

De figuris.

EBræi plerique eoſq; ſecuti Hieron. præf. in libros Regum, Ioſ. Scaliger ad Euſeb. Druſius, aliique ajunt has figuras Babylonias ſeu Aſſyrias eſſe, & poſt captivitatem Babylonicam inter Iudæos manſiſſe, olim alias fuiſſe, eas vid. quibus etiamnum Samaritani utuntur, unde literæ Samaritanæ dicuntur. Maſius ſcripturam montis Libani à Thalmudicis vocari aſſerit. Vide eorum

Alpha-

Alphabetum apud Scalig. ad Euseb. p. 105. ubi ostendit quoque, nummos sub Regibus Judæ & Israel cusos & in terra S. effossos hos characteres exhibere. Si hoc ita est, tum oportet recentiorum εὕρημα esse ם clausum in voce Lemarbeh Esai. 9. Nec n. Samaritæ duplex Mem habent. At hoc mihi non fit verisimile. Itaque hîc ἐπέχω.

Literæ affinis figuræ diligenter dignoscendæ sunt. Dignosces autem si angulos & quantitatem fueris intuitus. Angulis differunt ב & Chaph comm. Daleth & Resch: Samech & Mem finale. Sunt enim iÿ in Beth, Daleth, & Mem recti, in Chaph, Resch, & Samech hebetes seu obtusi.

Quantitate differunt Zain & Nun finale, Daleth & Chaph finale.

De potestate literarum.

EA duplex est, primaria & secundaria. Secundariam voco, qua numerant. Et sic dividuntur in Monadicas, Decadicas & Centenarias. Numeros compositos ita exprimunt, ut major semper præeat, ut לא 31. יד 14. atque tum solent Ebræi duas virgulas imponere י״ד. Nota, ubi ad XV. pervenerint, eos non jungere י״ה, sed טו id est 9. & 6. ne scil. nomen Dei profanent.

Poteſtatem primariam utcunque exhibuimus. Nos addemus paucula, miſcebimuſq; alia quædam Philologis non futura, uti ſperamus, ingrata.

1. De duplici poteſtate quam quibuſdam literis aſcripſimus, dicetur ad literas Begadkephath, ubi de Dages leni agetur, vid. capite XI.

2. Obſervetur, poteſtatem quarundam literarum hodie aliam eſſe ac fuit olim tempore Hieron. Ille enim tres literas צ ס & ש eodem modo expreſſit, vid. per S. ut & LXX. per σ. Vnde Hier. alibi docet Ebræos habere tres S. Hinc errores multi in Antiquitate, inter quos non minimus ille, quo creditum fuit Amos prophetam parentem Ieſaiæ fuiſſe, quia licet hic אָמוֹץ, ille verò עָמוֹס vocetur, LXX. tamen & veteres Latini utrumque *Amos* vocarunt.

א. Aleph. Cum Paragoge articuli Chaldaici א Alpha, אַלְפָּא ut à *Melech* Rex, *Malcha*. Hinc eſt Alpha Græcorum. Sunt qui deducunt ἀπὸ τοῦ ἀλφεῖν, quod eſt invenio, Etymol. magnum, ἄλφα τὸ στοιχεῖον παρὰ τὸ ἀλφῶ τὸ εὑρίσκω, πρῶτον γὰρ τῶν ἄλλων στοιχείων εὑρέθη .i. Alpha elementum dictum eſt ab ἀλφῶ, quod eſt invenio, primum enim inventum eſt. Sed fruſtra Græcos hîc ἀλφηστὰς

ſe præ-

ſe prædicare teſtis mihi eſt vel ſolus Suidas, ἄλφα, inquit, ἀπὸ τοῦ ἀλεφ ἑβραϊκοῦ τὴν ἀπόκλησιν ἔλαβεν.

Regula orthogr. *Cum* א *nota ſit ſpiritus lenis, cavendum eſt ne ea nomina quæ ab* א *incipiunt, aſpirate ſcribantur.*

Peccant itaque qui ſcribunt, Habraam, Heſther, Helias, Helohim.

Reg. orthogr. de He. *Quæ ab* ה *incipiunt aſpirari debent.*

Malè ergo Abel *ſcribitur cum in Ebræo ſit* הֶבֶל. *Hoc impoſuit Philoni, qui nomen illud* πένθος *.i. luctum interpretatur, .i. eſſet* אבל, *cum ſignificet idem quod* ματαιότης, *vanitas.*

Vau) idem quod digamma Æolicum. Vocatur Digamma, non a ſono, ſed a figurâ, Eſt enim Gamma Gammæ ſuperpoſtum. DIꟻÆ Divæ, AMPLIAꟻIT ampliavit. ΛꟻΩΣ καὶ αὔως &c. Vide Lipſ. de pronunt. L. L. Scalig. ad Euſeb. & Priſc.

Hheth) Hic duo videnda ſunt, Pronunciatio & derivatio. De iſtâ primum. Illud certum eſt, eſſe aſpirationem duplicem, quam melius calamo quam gutture expreſſeris.

feris. Sic n. exprimes, Hh vel H'. Turcæ & Arabes optime exprimunt. Ipsorum siquidem Hha nostro ח respondet. Veteres duobus modis expressêre, vel per χ, instar Arabici Cha, quod ab Hha apice distinguitur, unde, *Cham, Chermon, Chebron, Rachab:* vel per aspirationem simplicem, unde, *Ham, Hermon, Hebron.* Nos assuevimus per χ pronunciare. Nunc de hâc videamus. hinc est Græcorum ἦτα aspiratione in lenem spiritum versa, atque ab H majusculo, Latina aspiratio H. Hoc Eta in ordine quoq; Ebræorum ח respondet, si ἐπίσημον illud ἐξ ἀριθμῦ vid. ϛ. interjeceris. Sciendum hic tibi est veteres Græcos non habuisse separatas figuras, queîs e & o longum exprimerent. Pro iis enim scribebant ε ψιλὸν & ὁ μικρὸν. Vide Platonis Cratyl. Et quidem duplex εε & οο, plane ut veteres Latini, & etiamnum Belgæ, ex. gr. **breedt/ leedt/ broodt/ loodt.** Quid ergo erat Ητα? Erat nota aspirationis, unde ὁ scribebant Ho: ἕκατον HEKATON, unde H priscis erat nota centenarii, planè ut Latinis C. centum, M. mille. Testis omni exceptione major Athenæus, οἶμαι τὺς παλαίὺς διὰ τῦ H ϛοιχείυ τὴν δασεῖαν τυπῶσαι. Διόπερ καὶ Ρωμαῖοι περὶ πάντων δασυνομένων τὸ H προγράφυσι. *Arbitror,* inquit, *priscos per elementum*

mentum H *aspirationem expressisse, ideoque &* *Latini omnibus aspiratis* H *præmittunt*. Hinc videas priscos ante inventas literas ϑ φ χ scripsisse ΤΗΕΟΣ, ΠΗΙΛΟΣ ΚΗΡΟΝΟΣ pro Θεός, φίλος, χρόνος. Vide Marium Victorinum. Postmodum hoc elementum discuere H atque anterior pars pro spiritu aspero, posterior pro leni usurpari & supra literas poni cœpit, quæ figuræ deinde contractæ sunt in has ʽ ʼ

Regul. Orthogr. *Quæ ab* ח *incipiunt, non debent sine aspiratione efferri.*

Non ergo scribendum *Anna, Ophni, Asidaus*, &c. Sed vide Drusium de 3. Sect. 4. 7.

Teth] hinc Græcorum ϑῆτα, sed potestas diversa. Theta n. est τ aspiratum. Teth nunquam. Contra est in Thau & ταῦ.

Iod] hæc omnium literarum minima est, unde Irenęus eam vocat literam dimidiam, dum ait nomen IESU Ebraïcè scribi duabus literis & dimidia. Sic vid. ישו, quod ita scribitur cum Apocope literæ ע ut sexcenta alia, vide Gramm. Chaldaïcam Cl. viri Ioh. Drusii præceptoris nostri. Quod autem addit, eas Ebraicè significare *Dominum cœli & terræ*, id intelligendum est eo legendi modo, quo

do, quo singulæ literæ pro integris vocibus sumuntur, יְהוָה שָׁמַיִם וָאָרֶץ. Vide Misc. Drus. Cent. 1. 44.

Chaph] non Caph. Respondet Græco χ quod Kimchi Ps. 133. vocat Chaph Græcanicum. Valet itaque Ch. non K: hoc enim τῷ Koph respondet.

Nun] ajunt sign. *filium*, id est נין. Sed Ægyptii dicunt *Non*, quod nescio unde in Adversariis meis notaverim. An hinc apud nos *Nonna* pro *Moniali*? Cur non ergo & *Nonnus* Monachus? Forte ita fuit. Et suadet id correlatum ejus *Abbas*, quod *Patrem* significat.

Ain] veteres dupliciter hanc literam expressêre, vel per lenem Sp. unde *Arabia*, *Immanuel*, vel per G. unde *Gaza*, *Gomorrha*, *Gai*, &c. Vnde hæc diversitas? Scaliger putat fuisse olim duplex Ain, quarum alterum fuerit gutturale, alterum merum G Germanicum. Plane ut hodie apud Arabes, quibus Ain cum puncto superimposito est G. Sed in hodierna Scriptura Ebr. nullus comparet apex διακριτικός. Et veteres in multis variant; promiscue n. reperias Gaza & Asa, Phegor & Phaora. Hodie plerique exprimunt per Gn. & in fine per ng. Tolleranda hæc pronunciatio vel διακρίσεως ἕνεκα.

Si n.

Sin. cum א vel ה vel ג confundas, major inde sequetur rerum confusio. Et jam ostendimus habuisse aliquid τῦ γ. Quin & de ν habuisse aliquid, docet vox ὡσαννὰ. Sed non ausim sic calamo exprimere. potius negligenda est, vel ad exemplum Vatabli inserenda ipsis literis Latinis, E. g. יַעַר *javar.* רַע Raע. עוֹר עor. Cl. vir, meusque in Arabismo præceptor Th. Erpenius ita pronunciabat in principio syllabæ, ac si esset a raptissimum, עָלָה *Aala:* in fine, ut a obscurum, & vix ab e distinguibile, quale in *jae*, *maer*, &c. Qui potest, assuescat huic pronunciationi, nos à teneris τῷ γν. assuevimus. Raphelengius, *Ain est litera quæ in imo gutturis formari debet spiritu per nares deducto.*

Regula Orthogr. *Quæ ab Ain incipiunt aspirari non debent.*

Ebræi duas aspirationes habent, unam simplicem, ה, *alteram duplicem* ח, *tertiam ignorant. Non ergo scribendum Himmanuel, Harabia, Hezras, Hamos, Hobadia. Præstat Immanuel, Arabia &c. scribere. Hinc viri docti malunt scribere* Ebræus, *quam* Hebræus. *Hæc enim scriptura, quæ aspirat, à Græcis est, cui oppono infinita alia, in quibus non aspirant τὸ ע. Nomina Ebræa in Græca Script. corruptissima sunt.* Vide Drus. de Sectis lib. 4. 7.

Phe]

Phe] non Pe. Sermo enim Ebræus, teste infinitis locis Hieronymo, Pe Latinum non habet, imò exprimere non possunt istam literam plerique Orientales. Arabes quoque in suo Alphab. Pe non habent. Hieron. in libro de nominibus Ebr. semper per F expressit. Vide Drusii Alphab. vetus & quæ nos infra de literis Begadchephath.

Koph] valet κάππα Græcum, K Latinum, item c ante o & a & u. Corrupte n. hodie ante E & I pronunciant ut S. Vide Lipsium de pronunc. Hier. ut Chaph semper per Ch; ita ק semper per c simplex in nominibus propriis expressit. Κόππα diversum fuisse a κάππα eruditè docet Scaliger ad Euseb. p. 108. Interim verum est τȣ̃ ק potestatem eandem esse cum ea quæ τȣ̃ κάππα Græcorum. Κόππα erat, teste quoque Hesychio, inversum ῥῶ, atque character numeri DCCCC. Et hinc κοππατίας ἵππος, non cui Kappa, sed Coppa inustum erat.

Thau] nec hoc nec Samaritanum figuram crucis habet, quod tamen de Samaritano Iudæus persuaserat Origeni, atque hic Hieronymo, vide Hieron. ad 9. Ezechielis. Samaritanum enim refert Latinum N majusculum. Tertullianus de T Græco accipit; sed ea litera melius antennam, quam

crucem refert, caret enim vertice, qui in ea plane neceſſarius, quod titulus criminis in eo affigeretur. Vide Scal.

CAP. II.

De Diviſionibus literarum uſitatioribus.

DIviſio I. *Ratione figuræ dividuntur literæ in uniformes & biformes. Biformes ſunt V. Chaph, Mem, Nun, Phe, Tzade, quarum peculiaris character eſt* a *in fine dictionis, talis vid.* ץ ף ן b ם ך. *Vniformes ſunt cæteræ præter has V. omnes. Hæ literæ* c *in numeris valent* ך 500. ם 600. ן 700. ף 800. ץ 900.

NOTÆ.

a] Nota quod dixi, *in fine dictionis*, atque accipe ſtrictiſſimè. In principio enim & medio .i. quoties non claudunt vocem, talis earum character eſt, כמנפצ. Nos artificiali voce vocamus literas *Chamnephatz*. Vocantur communiter literæ finales, quod vid. in fine mutent figuram ſuam, & quidem per extenſionem, partim deorſum, ut ךןףץ, partim tranſverſim, ut ם.

b] Hoc Mem finale Grammatici vocant *Mem clauſum*, ut contra Mem commune, *Mem apertum*. Mem clauſum contra proprietatem linguæ Ieſ. 9. 7. legitur in medio

dictionis לְםַרְבֵּה. Est autem ibi prophetia insignis de Christo. Ebræi agnoscunt Mem clausum innuere rem clausam, non omnibus expositam, sed reductam & interiore quasi sacrario clausam. Nostri ad numerum annorum referunt, quibus elapsis Christus esset nasciturus. ם in numeris valet 600. Tot a. annos inter hanc prophetiam, quæ revelata est anno 4. regni Achas, & nativitatem Christi effluxisse, docere satagit Galat. de arcanis lib. 4, cap. 19. Alii volunt innui nasciturum Christum ex Virgine, alii ipsam Mariam denotari volunt. Sunt & qui Mysterium Vocationis Gentium intelligunt. Neh. 2. 13. occurrit Mem apertum in fine vocis הֵמ quo denotari putant & quasi ob oculos poni rupturam murorum Ierusalem. Ego retulerim potius ad Keri & Chethib, ut & אִכָּבְדָ Hagg. 1. 8. Vtrobique ה desideratur in Lectione.

c] Pro his tamen usitatius usurpantur quatuor centenarii קרשת combinati, vid. ת״ק 500. ת״ר 600. ת״ש 700. ת״ת 800. תת״ק 900. Mille exprimunt per א̈. Duo millia ב̈א. 3000. ג̈א &c.

Divisio II. *Literæ ratione potestatis, quam habent in legendo, dividuntur in semper mobiles & aliquando quiescentes. Hæ sunt IV.*

vid.

vid. אהוי, *quas memoriæ causa literas* Ehevi *vocant.*

Nota, moveri est legi; quiescere, non legi. Observa quoque diversam rationem. Mobiles semper moventur, nunquam quiescunt, vid. omnes præter אהוי. Quiescentes contrà, non inde nomen habent quod semper; sed quod aliquando quiescant, quando a. quiescant; postea docebitur.

Divisio III. *Ratione Organorum dividuntur literæ in afficientes unum organum duntaxat, & duo simul. Quæ unum tantum, sunt vel* Gutturis, *unde literæ* Gutturales *vocantur,* אהחע, *vel* labiorum, *unde* labiales *dictæ,* בומף. *Communiter literas* Bumaph *vocant.*

Quæ duo vid. linguam & palatum simul afficiunt, dividuntur in Supera & Infera. Infera sunt, גיכק *Githak*, vulgò literas *palati* vocant. Supera sunt vel fixa, vid. דטלנת *datlenath* memoriæ causa, vulgò, *literæ linguæ*; vel Mobilia; זסרצש, vulgò, *literæ Dentium* vocantur.

Ex his literarum classibus duæ priores maximum usum habent, vid. literæ Gutturis & labiorum. Et quidem literæ Gutturis majorem, quam Tyronibus solet esse gratum. Elias Levita vocat eas אותיות מבלבלות literas confusorias, quod vid. Grammati-

eam Ebræam, quæ alias futura esset facillima, confundant & subdifficilem reddant. Omnium enim fere anomaliarum origo ab istis est, ut postea apparebit.

Regula. *Literæ ejusdem Organi de facili mutantur inter se. Quod etiam in literis Evehi locum habet.*

CAP. III.

De Vocalibus in genere.

Vocales dividũtur in.
- *Systaticas*, quæ cum consona una pluribusve syllabam constituunt.
- *Asystatas*, quæ statam syllabam cum consona nunquam constituunt. Suntque
  - Simplices ut
    - *Scheva,*
    - *Phathach*
    - *furtivum.*
  - Compositæ, vid. ex Scheva & vocali parva.
    - *Chatheph Phatath*
    - *Chateph Segol*
    - *Chateph Kamets.*
    - Grammati vulgo vocant *puncta rapta.*

Hæc omnia plerique ſub generali Punctorum voce comprehendunt. Atque de his anceps quæſtio & controverſia eſt inter criticos, quam Theologi quoque fecêre ſuam. At ſtatus controverſiæ à pleriſque non bene formatur. Quærunt enim an vocales ſint coævæ conſonis, quaſi ullus adeo unquam ineptierit, ut negaverit vocales, ſine queis conſonæ moveri non poſſunt, unde rectè animæ conſonantium vocantur, ab initio fuiſſe. De figuris itaque vocalium, non ipſis ſonis quæſtio eſt. Sed & hic peccant multi, dum ita quærunt, an figuræ iſtæ ſemper fuerint aſcriptæ? Ipſi n. Iunius & Polanus, ſtrenui aliàs antiquitatis eorum Patroni, agnoſcunt in communi Scriptura & Bibliis vulgaribus non fuiſſe aſcripta puncta ob rei difficultatem, ſed ſervata fuiſſe ſemper exemplaria quædam authentica & publica, eaque punctata fuiſſe. Huc ergo redibit quæſtio, An extiterit ante Hieronymi tempora tale aliquod exemplar, vel potius, an unquam puncta fuerint conſonis aſcripta ante Hieron. quem conſtat nuſquam ullius puncti meminiſſe? Negant *a* Zuinglius, *b* Calvinus, *c* Mercerus, *d* Petr. Martinius, *e* Scaliger, *e* Druſius, *f* Piſcator, Rainoldus in Cenſ. lect. 32. pag. 278. & alii.

a præfat. in complan. Eſaiæ.
b in Zachar. 11. 7.
c in minores Prophetas p. 285. & 292.
d in Technol. cap. 1.
e paſſim in libris ſuis.
f ad Gen. 15. & alib.

 affir-

affirmant Theologi pleriq; Mihi non est ea fiducia, ut interponam me hîc Palæmona.

CAP. IV.

De Vocalibus Systaticis, quæ peculiariter Vocales vocantur.

Ejusmodi Vocales X. sunt, vid. V. longæ & totidem breves.

Hoc habent Ebræi præ Græcis & Latinis, quod singulorum sonorum quantitatem figura & scriptura distinguant. Latinis enim, ut & priscis Græcis, omnes vocales ancipites sunt, modo longæ, modo breves. Græci postmodum in e & o distinxêre.

Vocales longæ.

Kamets magnum	אָ	*a Germanicum seu obscurum Latini veteres per ā & aa expressere.*
Tzeri	אֵ	*H. e longum. ē aut EE. Sic scribebant feelix, quotiēs, unde ortum est, quotiens, quasi virgula illa τὸ n indicasset.*
Hhirick longum	אִי	*ει: i longum, I ut in pIso, vIvus.*

Hæ vocales quas colligatas vides sunt permutabiles, quæ observa-

Hholem

Hholem וֹא vel אֹ *ω o longum, oo vel ō mōrari.* tio magnum usum habebit in progressu.

Shurek אוּ *ȣ u longum, Latini veteres expreßère, per ū. & uu & ou, unde couravit, juus, oufentina.*

Vocales breves.

Phathach אַ *a clarum, apertum. Rabbini vocant phathach magnum.*

Sægol אֶ *ε ψιλὸν, e. Rabbinis phathach parvum.*

Hirik parvum אִ *ι breve.*

Camets breve אָ *ο μίκρὸν.*

Kibbuts אֻ *υ u Gallicum.*

NOTÆ.

1. Observa literam א tantum adhibitam ostendendo cujusque vocalis situi. Omnes subjiciuntur, duabus exceptis, vid. holem & Schurec.

2. Kamets magnum] hanc vocalem Syri constanter efferunt & convertunt in o, unde apud ipsos *Odom*, *attho*, & in N. T. κορβῶνα. ab Ebr. קָרְבָּן. Sic apud Epiph. *Obel.*

3. Tzeri] respondet Græcorum Η. אָמֵן Ἀμὴν, יוֹסֵף Ἰωσὴφ, ut vel hinc confutari pos-

sint qui η per i efferunt. Kimchi hanc vocalem Kamets parvum vocat, quod non est imitandum.

Hiric longum] expressimus per Græcorum ει. Ea fuit Veterum & Ebræorum & Latinorum pronunciatio. Ebrçorum; testes sunt voces, χερȣβεὶμ, σεραφεὶμ, ἠλεὶ, ῥαββεὶ, βααλεὶμ, quæ omnia Ebraicè Hirick longo terminantur. Impegerunt hîc itaque Moschopulus & Suidas, qui cum reperirent jam σεραφεὶμ χερȣβεὶμ, jam σεραφὶμ χερȣβὶμ, monstrosam differentiam constituêre. Moschopuli locus prolixior est, Suidas brevius, χερȣβεὶμ ἐπὶ τῶν ἑνικῶν, διὰ διφθόγγȣ: πληθυντικῶς, δὲ διὰ τȣ̃ ι. id est, *Cherubeim per dipht. ει de singularibus dicitur, vel singulare est; per i verò plurale.* Latinorum; testis mihi Lipsius de pronunciat. ling. Lat. cap. 8. ubi ait solos omnium Europæorum Britannos bene hanc literam pronunciare, quorum est, inquit, *Ameicus, Veita, Regeina*, adducitque ex Inscript. vetustis, *fecei, Galleis, Pœneis*, &c. Sed ut olim Latini, ita & nunc Angli in eo peccant, quod omne i, etiam breve, per ei pronuncient. Expressimus quoque per I productam, non ignorantes tamen eam quoq; pro duplici I usurpatam fuisse, ut in, OtI, PatavI, DIs, pro, *Otij, Patavij, Dijs*, &c.

Holem]

Holem] scribitur dupliciter, vel cum Vau, vel sine Vau, illud Holem plenum, hoc defectivum dicitur. Massoritæ accuratissime eam differentiam annotavêre.

Shurek] hanc vocalem Veteres aliquando per *Au* expresſêre, אוץ *Autz*, unde γῆ αὐσῖτις Iob. 1. 1. Iosue filius נון *Naun*, Ναῦν, & postea in η corrupto, Ναυῆ.

Chiric longum] hoc scribitur cum Iod ad latus, quo discernitur ab Hiric parvo. Accidit tamen aliquando ut ab Hiric longo absit Iod, quod Massoritæ tum quoque diligentissime annotarunt, ut & contra, quando voces ordinariè defectivè scriptæ plene occurrunt. Non enim ad omne defectivum vel plenum Hiric seu Cholem notas adjecerunt, sed, verba sunt ferè Eliæ, quandocunque aliqua dictio sæpius occurrebat plenè quam defectivè, tum deficientia annotarunt. Quando contra dictio sæpius occurrebat defectivè quam plenè, tunc plena enumerarunt. Et hic Ebræi sæpe quærunt Mysteria. E. G. Vox וַיִּצֶר *& formavit*, ubique scribitur defectivè, etiam Gen. 2. 17. ubi de bestiis agitur. At Gen. 2. 7. nec usquam alibi, ubi de formatione hominis, scribitur plenè cum duobus Iodin, וַיִּיצֶר. Vbi R. Sal. observat, duo Iod duo sæ-

cula denotare, quibus creatus ſit homo, ſæculum præſens & ſæculum futurum. Beſtias autem uni ſæculo tantummodo creatas eſſe, præſenti videlicet. Sic obſervant vocem תּוֹלְדוֹת bis tantum utrinque reperiri plenum, Gen. 2. 4. cum jam abſoluta eſſet mundi creatio, & in fine libri Ruth, ubi memorantur generationes, ex quibus Chriſtus omnium plenitudo, eſſet procreandus. R. Iſaac Caro, *cur omnes cæteræ* Tholedoth .i. generationes *in ſcriptura ſunt defectivæ?* (ſcribitur enim ea vox vel תּוֹלְדֹת vel תֹּלְדוֹת vel תֹּלְדֹת) *Quia cum Deus creaſſet Mundum, non erat angelus mortis. Ex quo autem peccavit homo, fecit Deus ut Mors imperium in mundum haberet, atque decurtaret omnes generationes. At cum veniſſet Phares, factæ ſunt ejus generationes plenæ, quia Meſſias ex eo procreandus erat & DOMINVS abſorpturus mortem*, ut eſt apud Prophetam. Quomodo autem Chirik longum ſine Iod occurrens agnoſci debeat, poſtea docebitur.

Obſervationes 3. de Holem.

ALiquando ponitur Holem ſupra Vau, & tamen non eſt Holem plenum, ſed defectivum, id tum cognoſces, quando ו *aliam vocalem ſub ſe vel immediatè poſt ſe* ◡ *habet, ut in*

הֹוָה

הֹוָה quod plenè ſcriberetur הוֹוָה

Aliquando vitio Typographico fit, ut וֹ *ſcribatur pro* ֹו*, ubi vau conſonans eſt, ut in* מִצְוֹת Mitzvoth, *quod plenè ſcriberetur* מִצְווֹת.

Aliquando holem concurrit cum puncto dextro ſiniſtrove literæ ש*, atque ita duo illa puncta in unum coaleſcunt. Et quidem hanc coalitionem in dextro cornu factam inde deprehendes, quando litera ipſum* ש *præcedens, punctum aliud non habet, ut,* מֹשֶׁה Moſheh, *quod plenè ſcriberetur* מוֹשֶׁה *vel* מֹשֶׁה. *In ſiniſtro autem cornu factam colliges, quando ipſum* ש *punctum aliud non habet ut* שֹׂנֵא.

De Kametz brevi.

Camets breve ſine duobus punctis ſcribi debet. (ָ)

Vide rationes & authoritates apud Cl. Druſ. de recta Lect. ling. Sanct. cap. 14. & Buxtorf. pag. 29. Gramm. Edit. 2. Errant itaque Grammatici omnes, qui vel hanc ejus figuram ָ: *ſtatuunt, aut promiſcuè ſcribi poſſe vel* (ָ) *vel* (ָ:) *aſſerunt. Nam duo illa puncta à Typographis ſunt, qui hac duorum punctorum adjectione conſultum voluêre Tyronibus, qui aliâs inter Kamets longum (a) & Kamets breve (o) diſcernere non potuiſſent, atque ita malnêre cum*

Camets

Camets rapto quam cum Kamets longo confundere.

Nota. Vir quidam magnus vel invitus hoc cogitur agnoſcere. Sic enim ille in Grammatica ſua inquit, *Breve antem* ׃ׇ *ad ſimplex vocale abjecto Scheva revocatur, quando proximè ſequitur alterum Scheva expreſſum aut ſubintellectum, nullo intercurrente accentu.* Sic ille. At juxta ipſum non occurrit Kametz breve niſi ante Dages vel Scheva. Nec n. agnoſcit Kamets breve ſub נ & א in אָהֳלֵי נָעֳמִי &c. Multo minùs ſub ה in הָאָהֳלִי & א in אָהֳלָה. Quid ergo hoc eſt? Kamets breve abjicit duo illa puncta & revocatur ad ſimplex vocale, quando habet poſt ſe Dages vel Scheva, ſi nunquam ponitur niſi ante Dages vel Scheva? Vnde ergo conſtat ejus figuram eſſe ׃ׇ: Vt ut ſit, ego puto me ex hiſce verbis id poſſe colligere; Kamets breve nunquam aliter ſcribi debere, quam ſine duobus punctis; Bell. poſtquam ſtatuiſſet, de genuina figura τȣ Kamets aliquando demi duo puncta, dediſſetque regulas, quibus illud Kamets tum dignoſci poſſet a Kamets longo, in Appendice denuò eò relabitur, ut aſſerat, in correctiſſimis Exemplaribus ſcribi cum duobus punctis, ne putaretur eſſe ׇ longum, quando ex litera

proxime ſequenti Euphoniæ cauſa excidit Dages. Sed rogatum velim Bellarm. an Dages excidere ſoleat ex aliis literis quam Schevatis. Non dicet opinor. Manet itaque tunc ſemper Sheva, etiamſi Dages exciderit. Ipſe autem ſequens Sheva nullo interjecto accentu pro διακριτικῷ Camets brevis attulerat.

Sed quomodo dignoſci poſſit Kamets breve a Kamets longo & ſciri queat, ubi O ubi A pronunciandum ſit, poſtea tradetur.

CAP. V.

DE SYLLABA.

Habuimus ita Conſonantes & vocales ſyſtaticas. Ex his conflantur Syllabæ, quarum aliæ ſunt puræ, quæ vid. ex una conſona, unaque vocali conſtituuntur, בֵּ בָּ nullius ſervilis puncti indigæ: aliæ mixtæ .i. ex duabus pluribuſve conſonis, una vocali mediante, conflatæ, ut בְּנֵרְדְּ נֵרְדְּ בְּדְיָהּ בֶּן סִבּוֹ לִפְקוֹד. *Atque hic operas ſuas præſtant Scheva, ejuſq; vicaria, Phathach furtivum, puncta rapta, Mappic & Dages. Grammatici hæc omnia punctorum ſervilium nomine comprehendunt: nobis horum punctorum ſitum conſiderantibus duo poſteriora, conſonantium accidentia; cætera, vocales aſyſtatas, ut cæpimus, appellare liceat Dicemus autem*

autem de singulis ordine, ubi regulam de literis quiescentibus intertexuerimus.

CAP. VI.
De Literis Quiescentibus

CAp. superiori ostendimus quas syllabas Ebræi puras vocent. Ad eas sæpe accedunt literæ quiescentes, ad substantiam vocum quidem sæpe pertinentes, sed in lectione superflua. Et quia in prioribus diximus Literas illas dici quiescentes, quod aliq. quiescant, ut scias quando quiescant, hanc reg. observa.

Literæ quiescent. tunc quiescunt, quando nullo afficiuntur puncto, aut quando in fine dictionis in quasi diphthongos non coalescunt. בָּרָא bara. נָבִיא nabi פֶּה phe דִּבְרֵי dibre.

Nullo aff. puncto) sub puncto comprehendo quoque Scheva & puncta rapta & Mappic q; in ה collocari solet, de quo postea.

Aut in fine dictionis) Hoc dixi propter duas literas ו & י quæ in fine dictionis coalescunt semper cum præced. syllabâ, præter Iod post (..) גֵּו *geu* tergum, גּוֹי *goi* gens. At דִּבְרֵי *dibre*. Et quidem de his prolixius infra.

APPEN-

APPENDIX.

Hæc ad praxin ſufficit. Ea quam jam ponam ad theoriam potius ſpectat, vid.

Literæ Quieſcentes ſæpius quieſcunt in vocalibus magnis, ut נָבִיא. אַרְיֵה. בָּרָא. Et tres vid. אהי aliquando quieſcunt in parvis vid. .·.: &(.) מַה quid, פֶּרֶא onager. רִאשׁוֹן primus פֶּה os oris. At Iod tantum in Sægol & quidem in medio דְּבָרֶיךָ.

NOTÆ

1. Litera א aliquando unà cum aliâ quieſcit in .. ut גַּיְא.

2. Litera ſecunda, videlicet ה quieſcit in Kamets vel abſconditè vel expreſſe. Abſconditè, ut in אַתָּ pro אַתָּה. Regula. *Omne Camets dictionem terminans includit He*, לְךָ pro לְכָה, לָכֶן pro לָכֵנָּה, פָּקַדְתָּ pro פָּקַדְתָּה. Obſerva & hoc obiter, nullam puram vocalem terminare vocem præter Kametz, & quidem ſub his literis 4. ת ה ו ך דְּבָרֶיךָ. דְּבָרֶיהָ. פָּקַדְתָּ. שִׁמְעוּ. Nam אֶבְכֶּה ad Keri & Chethib pertinet.

3. א aliquando quieſcit in vocali * longa remotâ, interveniente vid. Sheva quieſc. חֵטְא. שָׁוְא. וַיַּרְא.

* imo & brevi

CAP. VII.

De Vocalibus aſyſtatis. Et primò de Sheva.

Inter

Inter vocales aſyſtatas quæ ſyllabam non conſtituunt, eſt Scheva (:) Ejus officium eſt, literæ ſub qua ponitur aſſignare locum vel in præcedenti vel in ſequenti ſyllaba, atque ita plures conſonas cum unâ vocali in unam ſyllabam compingere. Græci & Latini tale vinculum ſyllabarum non habent, unde in concurſu conſonantium ſæpe hærent & diſputant, utrum conſonans aliqua præcedenti, an vero ſequenti ſyllabæ adjici debeat. Vide Anteſign. de orthogr.

Scheva duplex, mobile & quieſcens.

Mobile trahit literam ſub qua ponitur, ad ſequentem ſyllabam: quieſcens ad præcedentem.

Vide hac de re Martinii Technol.

Quieſcens Scheva non conſtituere ſyllabam quivis capit, ut in בַּךְ *bach*. At Mobile (ut & puncta rapta) non facere ſyllabam multi non poſſunt capere. 1. quia uſus obtinuit, ut pronuncietur per e. 2. quod ſæpe interjiciatur inter conſonas, quæ in pronunciatione jungibiles non ſunt. Vbi ad ſecundum reſpondero, ſatisfactum erit & primo. Sic ergo habendum, Singulas linguas habere ſuas proprietates. Ecce enim Græci plures conſonas in principio ſyllabæ jungunt quam Latini, ut πλήσσω, βδελύσσω, σβέννυμι. Poloni, Hungari, Bohemi longe plures, nobiſque pronunciatu longe difficiliores

libres iſtis. Quid miramur ergo Ebræos jungere R & M in רמוז *rmoz*, j conſ. & R in ירי: D & B in דביר *dbir*. Hinc coacti fuere Græci Latiniq; vocalem aliquam interjicere ejuſmodi conſonis, quod non fecêre, cum conſonæ ipſis eſſent jungibiles, Hinc בראשית שמואל שמות expreſſere σμιὼθ, βρησὶθ, σμυηλ &c. Vbi tamen in pronunciatione poſt σ & β ſonus exilis breviſſimi & raptiſſimi ε auditur. Et plerarumque conſonarum ſonus deſinit in exile ε ut Be, Ce, De, Pe, &c. Hic autem ſonus minus rapitur quando conſonæ durius junguntur, ideoque neceſſitas nos cogit tum in pronunciando, tum in ſcribendo illum per ε exprimere.

SECTIO II

Regulæ de Scheva Mobili.

VT autem ſcias quando (:) moveatur, quando quieſcat, .i. quando literam præcedenti, quando ſequenti adjungat, obſerva has regulas,

Scheva legitur

Initio dictionis ſemper. Ratio. quia non poteſt literam aliò trahere.	*In medio duntaxat his caſibus quatuor,*	*In fine nunquam. Sed ſemper quieſcit, etiā*

quam ad sequentem syllabam, at illud est officium scheva mob.	*(nec enim alios agnosco.)*	*geminum* יִשְׁתָּ *etiam sub litera Dagessata*

1. Post vocalem longam non fultam accentu Grammatico, ut פָּקְדוּ pakedu.

Ratio hujus regulæ petenda ex natura vocalium longarum. Vide cap.

Hic *pa* constituit syllabam primam, puram, *Kedu* vel potius *Kdu* secundam, mixtam, ubi vid. ad syllabam puram a parte anteriori adjicitur alia consona per vocalem ἀσύστατον. Et nota benè, quod dicitur, *non fultam accentu Grammatico*; si n. is interveniat, quiescit Scheva tanquam post vocalem parvam, ut אַרְצָה *ar-tza*, in terram לְמוֹדְנָה *lemod-na*, vel potius, lmod-na quomodo autem accentus Grammaticus agnosci possit ex professo docebitur c.13. Hic obiter nota, In his exemplis inde agnosci Grammaticum, quod unus sit in dictione.

2. Post alterum Scheva, ut יִפְקְדוּ *ijph-kdu*, vel ut vulgo, *ijph-kedu.*

3. Sub litera notata Dages, ut דִּבְּרוּ dib-beru, vel melius dib-bru, *locuti sunt.*

Hæ re-

Hæ regulæ duæ comprehendi poſſent ſub hac unica, *Scheva legitur poſt Scheva tam expreſſum quam ſubintellectum* In omni n. litera dageſſata fortiter intelligitur Scheva; quod apparet; ſi reſolvas eam in duas, ut דִבְבְרוּ, & quod alibi extat צִלְלֵךְ pro צִלֵּךְ. Itaque & hoc obſerva, in regula nos loqui de Dages forti. Non quod ſub litera notata Dages leni non legatur Scheva, ſed quod illud judicetur ex reg. 2. In medio n. vocis non ſolet litera Dageſſari leniter, niſi poſt alterum Scheva.

4. *Poſt accentum Metheg, cum is poſt* (-) *vicem ſupplet Dages fortis, vel literæ deficientis, ut* הַֽמְכַסֶּה hamechaſſe *tegens: Eſſet enim* הַמְּכַסֶּה. *Sic* יִֽרְאוּ ij-reu *non*, ijr-u *timebunt, Eſſet enim* יִירְאוּ. גְּבֻֽלָה *pro* גְּבוּלָה.

Non ajo Scheva legi poſt Metheg ſimpliciter, ſed poſt Metheg vicarium. Iſtius regulæ veritas hinc colligitur quod poſt ejuſmodi Scheva litera Begadchephath nunquam habeat Dages lene. Ratio *διακρίσεως* id quoque ſuadet in יִֽרְאוּ. Si n. legeres *ijr-u* ſcheva quieſcente, jam ſignificaret, *videbunt*. hinc legendum הַֽלְלוּיָהּ *halelujah*, quando vid. poſt phathach tale Metheg eſt. In מֵֽהְיוֹת non ſuppletur Dages ſed abſorbetur.

Hinc per ſe exit regula de Scheva quieſ-

centi in medio vocis. Eam, etsi superflua sit, ponam tamen,

Scheva in medio quiescit post vocalem parvam, imo & longam accentu Gramm. notatam ut תִּלְמֹדְנָה thilmodna.

APPENDIX.

DIximus Scheva in fine, etiam geminum semper quiescere. Id multi inficiantur in casu Scheva gemini, putant n. ultimum legi. At pro nobis est ratio; Non n. potest ultima dictionis litera aliò referri quam ad præcedentem syllabam. At hoc est Scheva quiescentis. Possunt & aliæ rationes dari cur Scheva expressum in fine semper quiescat, 1. quia immediate in principio sequentis vocis sæpè sequitur alterum Scheva seu simplex seu compositum, ut יִפְתְּ אֱלֹהִים וְלָקַחְתְּ בְּיָדְךָ 1. Reg. 14. 3. Si legas *Iaphthe Elohim*, quæro ad quam syllabam litera ת referri debeat. Si erit mobile scheva, necessariò ad sequentem, atque ita duo scheva concurrent. 2. quia post tale scheva sæpè immediatè sequitur Dages lene, quod in superiori exemplo ex 1. Reg. 14. videre est, item וְיָלַדְתְּ בֵּן Iud. 13. 3. יָחַדְ בִּימֵי.

SECTIO III.

De duplici Scheva quiescenti in fine dictionis.

SCheva quiescens in fine dictionis duplex est, vel expressum vel subintellectum.

Expressum semper invenitur in ךְ *quandocunque non habet* (ּ) וַהֲבֵךְ מֶלֶךְ. *Factum hoc videtur ad ornatum, ne spatium illud esset inane. Deinde in cæteris literis Begadchephath, itemq́; cognatis* ק *&* ט, *sed non nisi * hoc casu, quando præcedens litera quoque habet Scheva aut ejus vicarium Phathach furtivum.* נֵרְדְּ. יֵשְׁבְּ. קֹשְׁטְ יוֹסֵףְ יַשְׁקְ, יֵשְׁתְּ יִחַדְּ. *De* ג *nescio an repperiantur exempla in Biblijs. De* אַתְּ *postea dicetur.*

* Excipe הָיִיתְ 2. Sā. 14. 2. & הַצָּאַרְתְּ 1. Reg. 17. 13. ubi juxta Anal. debuisset anteire alterum Scheva.

Subintellectum est sub omni ultima litera dictionis mobili, etiam sub literis prædictis extra istum casum, בַּד אָב אֵל. *Cum dico,* sub omni ultima litera mobili, *excludo literas quiescentes* אהוי *quà quiescentes,* דִּבְרֵי נָא מָה, *In istis enim non subintelligitur scheva, Et rursus includo easdem, quando in fine dictionis moventur, ut* גֵּו גּוֹי יָהּ *jah, Goi Geu.*

Clenardus hanc regulam sic expressit, omnis ultima litera virtute continet Scheva, quod Scheva tum demum elucescit, quando aliquid additur, ut ad פָּקַד si addas syllabam, habes פָּקַדְתָּ.

SECTIO IV.

Duo principia de Scheva.

1. Duo Schevaim simul legi non possunt.

Vbi sub Scheva quoque puncta rapta comprehendo.

2. Scheva mobile nunquam ponitur sub Gutturalibus.

Consectaria principii primi.

1. *Duo Schevaim initio dictionis concurrere non possunt.*

Ratio, quia tunc simul legerentur, primum vi regulæ gen. de Scheva mob. Alterū vi Regulæ 2. Ideoque tali casu prius solet in vocalem parvam converti. Sed dixerit aliquis, cum in medio dictionis possint concurrere & in fine, cur non & in principio? Resp. esse rationem dissimilem. In medio enim quando concurrunt, tunc prius quiescit, alterum legitur, atque ita literæ quas afficit, ad diversas syllabas relegantur יִפְקְדוּ jiphkedu. Id vero in principio fieri non potest. Deinde in fine cum duo concurrunt, u-

trumque quieſcit. Nec id fieri poteſt in principio, nec enim habent Ebræi ſyllabas quæ à tribus conſonis incipiant. Tot autem opus eſſet, ſi locum haberent duo ſcheva, E. G. סְתְרְטוּם *ſtratum.* In fine autem dictionis duobus ſchevaim duę conſonę ſufficiunt, ut נֵרְדְּ Nerd.

2. *Falſa ergo regula eorum qui docent Scheva legi ante* א, *ut litera ea audiri poſſit, ut* מַלְאָךְ *quod legunt, Maleach.*

Sunt & qui legendum docuêre ante Gutturales in genere. Sic dico, ſi Scheva legeretur ante א, ſequeretur, duo ſchevata ſimul ſæpe legenda eſſe ut כְּמַאְךָ מַלְאָכֵי.

3. *Nec non eorum qui tradunt Scheva legi, ſi eadem repetatur conſonans, ut* הַרְרֵי *quod legunt* harere.

Sic enim quoque ſæpe legerentur duo Schevaim, ut in צִלְלְךָ, חִקְקְךָ &c. Fit aliquando, fateor, ut Scheva legatur quando eadem repetitur conſona, ſed non quia eadem ſequitur conſona, ut in הַלְלוּ legitur ſub ל, quia eſt poſt Meteg vicarium דָּגֵשׁ Dages.

Conſectarium principii ſecundi.

E*Rrant qui docent ſine ulla limitatione Scheva legi poſt Metheg.*

Sic enim legeretur sæpe sub litera Gutturali, ut in יְהְיֶה לִהְיוֹת יִהְיֶה. Potest hæc regula quoque confutari ex principio primo, post hoc enim controversum Scheva ordinariè est Dages lene in litera Begadchephath, יַרְדוּ יִתְהַלְּכוּ יִפְתַּח.

Potest ergo Scheva quiescens poni sub Gutturali.

APPENDIX.

Errat Bellarmin. & quicunque eum sequuntur, qui putant Sheva quiescere post ו cum initio dictionis pro י ponitur. Exemplum enim quod alibi affert, eum confutat, vid. וּבְדֶרֶךְ. Si enim legendum esset *ubderech* scheva quiescente, in ד collocandum fuisset *Dages lene*, quod nec in hoc, nec ullo alio exemplo monstrari potest.

CAP. VIII.

De Phathach furtivo.

Vicem schevatis subintellecti sub tribus literis החע, *post 4. ultimas vocales longas & Kibbutz vicarium τῦ Shurek, subit Phathach furtivum, quin & idem officium præstat, quod Scheva expressum ex duobus in fine collocatis penultimum. Quod ex his regulis patebit.*

Reg. 1. *Phathach sub* החע *dictio-*

num ul-

num ultimis furtivum est & pronunciari debet ante consonantem.
אֱלוֹהַּ Eloah, *non verò, Eloha*, מָשִׁיחַ Mashiach, *non verò*, Mashicha.
יוֹדֵעַ Iodeaַ, *non verò*, Iodeַa.

Iam diximus post quas vocales id fiat, nec n. id semper fit. Sed id scire ad praxin nihil attinet. Nota & hoc, nos non loquĩ de simplici ה, sed de הּ Mappicato, de quo postea. Repete & hoc ex præced. hoc phathach non constituere syllabam, quia venit loco Schevatis subintellecti, nec enim aliter potuissent hæ literæ post vocales dictas ex gutture pronunciari. *Ma* ergo unam, *shiach* alteram syllabam constituit.

Reg. 2. *Phathach sub iisdem literis in dictione penultimis, quotiescunque post se habent & Dages & Sheva, furtivum est, pronunciariq; debet ante consonantem, ut* שָׁלַחַתְּ. יַחַדְּ. יָדַעַתְּ *quæ leges*, schala-acht, ij-achd. jada-ath. *non verò*, schalachat, ijchad, jadaath.

Hoc Phathach locum tantum habet in secunda persona sing. fœm. præteritorum, quorum ultima radicalis est חהע & unico futuro Kal Quiesc. Lamed He, unde non reperitur nisi ante תַ vel דַ. Dicimus autem esse phathach furtivum, quia vicarium est τȣ̃ Sheva, liquet ex analogia; hæc n. verba sunt 2. pers. sing. num. gen. fœmin. debebantque juxta parad. פָּקַדְתְּ sic efferri, שָׁלַחְתְּ. יָדַעְתְּ: יַחַד autem est Fut. Kal. contractum, formæ יֵשֵׁב. Quin aliam naturam hujus phathach esse, atque aliter pronunciari debere, quam in particip. fœmininis יוֹדַעַת *jodávath*, שֹׁמַעַת *schomávath*, שׁוֹלַחַת *scholáhhath*, patet ex punctatione literæ תְ. Si n. hoc pathach non pronunciaretur ante consonam, non posset locus esse τῷ Dages aut Schevati, nunc autem locus esse potest; שָׁמַעַתְּ enim perinde pronunciatur, ac si scriptum esset שָׁמַאעְתְּ; שָׁלַחַתְּ ac si esset שָׁלַאחְתְּ. Nec repugnat huic rationi punctatio vocis אַתְּ. In hac enim voce, ut & voce שְׁתַּיִם est extraordinarium Dages, tantummodo adhibitum, πρὸς συγκοπῆς ἀπόδειξιν .i. ad indicandam elisam literam Nun, essent enim אַנְתְּ & שְׁנְתַּיִם. Thema n. hujus est שָׁנָה *iteravit*.

Nota quod dixi in Regulâ, *Dages & Scheva:* non verò, *Dages aut Scheva.*

Observa-

Obſervationes.

1. Phathach furtivum primæ regulæ perit, ſimulac aliquid additur, a רוּחַ fit רוחות plurale, ſic a מָשִׁיחַ fit מְשִׁיחוֹ &c.

2. Hoc Phathach veteres expreſsêre per E. Noach, Noë; Siloach, Siloë; Manoach, Manoë, Hoſeang Hoſeë: Sic apud Hieron. אֱלֹהַּ Eloë, pro quo Reatinus imperite repoſuit אֱלֹהַי, ex ignorato hoc Archaiſmo.

CAP. IX.

De Punctis Raptis.

Puncta rapta, ſeu ut aliј vocant, Schevata compoſita ſunt tria,

Chateph Phathach	אֲ	*a*	*breviſſ.*
Chateph Segol	אֱ	*e*	*breviſſ.*
Chateph Kamets	אֳ	*o*	*breviſſ.*

NOTÆ.

1. Vocantur Schevata compoſita, quod componantur ex Sheva & uno ex tribus vocalibus brevibus - ·.· & ָ brevi. Sunt & qui ſemivocales vocant.

2. Hæc inventa ſunt in uſum literarum gutturalium, quas Scheva mobile omninò non admittere ſupra oſtendimus. Iis ergo loco ſchevatis mobilis, quando vid. id ex Analogia ſubjiciendum erat, *ſemper*, & loco

ſchevatis quieſcentis *aliquando* ſubjiciuntur, unde ſyllabam quoq; non conſtituunt.

De Chateph Kamets.

CAmets, quæ in ordine vocalium parvarum, vocatur Kamets breve, parvum, correptum, item Camets Chatuph vel Kamets Chateph. Hoc verò vocatur inverſis vocibus Chateph Kamets .i. raptum Kamets, ejuſque germana figura eſt (ׇ:)

Dici non poteſt, quantam confuſionem in Grammaticam Ebræam invexerit falſa hypotheſis, quâ creditum eſt Camets breve ſcribi genuinè (ׇ:) cum duobus punctis, vel promiſcuè ſcribi poſſe ׇ vel ׇ: Hinc enim nati ſunt tres diverſi errores, I. eorum, qui docuêre Camets hoc raptum compendio & contractè ſcribi ׇ:, cum plenè ſcribendum eſſet ׇ:: II. eorum, qui hoc punctum cum Camets brevi confundentes, duo tantum agnovêre puncta Rapta -: & ∴:, atque hoc pacto multas & miras prærogativas Camets parvo præ cæteris ejus collegis attribuêrunt. III. iſque maximè monſtroſus, quo vocalium parvarum numerus quinarius imminutus eſt, vocaliſque quarta Kamets exempta, qua ratione huic tertio puncto rapto omnes proprietates parvarum vocalium.

sium communicatæ sunt, quarum pleræque tales sunt, ut cum proprietatibus punctorum raptorum consistere nullo modo queant. Atque hunc errorem erravit sine exemplo, quod ego quidem sciam, Keckermannus in sua Gramm. Sed quomodo Camets raptum à Camets brevi prout vulgò pingitur, distingui debeat, postea docebitur.

SECTIO II.

De Proprietatibus punctorum raptorum.

1. *Puncta rapta ordinariè & regulariter literis gutturalibus subjiciuntur, aliis vero non nisi irregulariter, ut* רִבֲבוֹת רִמֲּמוֹ קֳדָשִׁים.

2. *Puncta rapta ante se plerunque requirunt punctum affine, maximè si debebat antecedere Scheva, vel punctum ex eo descendens. Sunt autem puncta affinia* -: *&* - ¶ ∵: *&* ∵ ¶ ׃ *&* ׳ *breve.*

Sic בַּאֲדָמָה pro בְּאֲדָמָה , בֶּאֱמֹר pro בְּעֵנִי , pro בְּעֵנִי , נֶאֱכַל pro נְאֱכַל atque hic Hirick sub Nun descendit ex Scheva. Nisi enim in præt. Niphal Kamets sub prima radicali verteretur in Scheva, Nun haberet (:) sic מְאֹסִי *moösi*, formæ פָּקְדִי *phokdi*, quod est à פְּקוֹד. Plerique hanc regulam sic tradunt, *Puncta rapta requirunt puncta affinia ante se sub literis servilibus.* Sed nec de omnibus

servili-

ſervilibus eſt verum, מ enim & ה non accommodant ſe puncto rapto: nec de ſervilibus tantum, ſæpè enim & ſub litera radicali id exigunt, ut מִשְׁחָד מְאָסִי.

Conſectarium hujus Regulæ.

Ergo omne Kamets ante Camets raptum breve eſt, legendumq́ue אָהֳלוֹ oholo. הָאֳכַל hoöchal נָעֳמִי *Noömi.*

Hæc regula diligenter notanda eſt; quia Kamets breve hoc caſu nunquam, quod ſciam, in libris excuſis habet aſcripta duo puncta. Typographi enim ſeu potius iſti, quorum ductum Typographi ſecuti ſunt, opinati ſunt hoc Kamets eſſe longum: unde legunt *Naomi Aholo* &c. Cum tamen in vetuſtiſſimis ſcriptis ſit Noömi, Oholibama &c. Sed hujus regulæ veritatem prolixè probant tum authoritatibus, tum rationibus ex analogia verborum & nominum Druſius libro de R. L. & Buxt. in Gramm. objiciunt multi accentum interjectum, quo putant Camets produci. At notare te hic velim,

3. *Inter puncta rapta & puncta affinia ſemper interjici accentum Rhetor. Meteg* בָּאֳמַר מְאָרֵינָ.

Qui accentus cum nunquam producat

ante -: aut ∵ ante ∵: quo privilegio producet ᴛ ante ᴛ: ? Illud itaque maneat, quemadmodum -: & ∵: ordinariè punctant literam præcedaneam puncto affini, vid. - & ∵ ex quo quodlibet istorum compositum est, cur non & Camets raptum? nisi dixeris Camets rapto affine punctum esse ᴛ longum.

4. *Puncta rapta, quando post se habent Scheva, non possunt subsistere. Itaque vel amittunt ipsa suum Scheva .i. partem ignobiliorem, & resolvuntur in vocalem simplicem, ut* מעשך *האכלו נאכלו. Vel amittunt suam vocalem .i. partem nobiliorem & resolvuntur in simplex Scheva, ut* נאשמו, תעצרו *&c. Manente nihilominus sub litera præcedente eâ vocali, quam quælibet istarum requirebat, cum accentu Rhetor.*

Nota bene verba ultima hujus regulæ. Ex iis n. extruitur hoc consectarium.

Kamets ante Camets vocalem brevem descendentem ex Camets rapto, breve est, ut האכלו hoöclu. *Hic sub* ה *est Camets breve, quia est ante aliud breve quod descendit ex Camets rapto, est n. ab* האכל hoöchal.

Probatur ex Analogia aliorum punctorum raptorum, si enim in נאכלו sub Nun manet ∵, quod erat in נאכל, cum א sub se haberet plenum ∵:, si in תעברו sub ת manet (-)

net (-) quod erat in תַּעֲבוֹר, Quid obstabit quominus sub א in אָהֳלֹךְ, sub ה in הָאָכְלוֹ sit Kamets breve; quod erat in אָהֳלוֹ & הָאֹכֶל. Atque hoc potiss. ob eos notavimus, qui cum in posterioribus duabus vocibus agnoscant Kamets breve, sub prioribus tamen non agnoscunt.

Nota & illud, puncta rapta aliq. in contractione migrare in vocalem simplicem, sequente scheva subintellecto, ut יַעַשׂ pro יַעֲשֶׂה.

CAP. X.

De Consonantium Accidentibus, & in specie de Mappic.

Consonantibus tria accidunt potissimum, Mappic, Dages & Raphe.

Mappic vocant punctum impressum literæ ה *dictionem claudenti, estq; vicarium schevatis quiescentis, docens literam non quiescere,* יָהּ, אֱלוֹהַּ, דִּבְרָהּ, תְּמָהּ *cui si quid addas mox apparebit (:) ut* תְּמָהְתָּ. *In* צִיּוֹן, עָנִיו, תַּחְתָּיו *&c. Iod non habet Mappic, sed Dages forte.*

Habent quidem Ebræi Mappic Jod, sed ita vocant Jod in fine dictionis quasi-diphthongescens. Ajunt punctum in Jod docere literam esse proferendam, quæ aliàs quiesceret. At hoc satis ostendit punctum

ſeu vocalis tali Jod immediate ſubjecta, ut in duobus prioribus exemplis Holem, in tertio Kamets, Annon n. ex vocali ִ tam colligo, Jod in צִיּוֹן moveri, quam in יוֹרֵעַ? Et cur, quæſo te, non tam Mappic eſt in Jod, præcedente ֵ ut in אֵיֵה *ubi* & ſimilibus, quam præcedente hirik? Ebræis *Mappic* eſt *educens, proferens*, habetque in oppoſito quietem. Unde tot ſunt literæ Mappic, quot literæ quieſcentes. omnis litera אהוי mobilis dicitur Mappic latè loquendo. Sed ſtrictè Mappic ה vocatur eo quo dixi modo affecta. item Mappic א, quod in una eademque voce aliquando mobile, aliquando quieſcens eſt, ut in מֵאֲדֹנָי א Mappic eſt, quod quieſcens eſt in בַּאדֹנָי. Necnon Mappic Jod & Mappic Vau vocant illud Jod & Vau, quod in fine vocum quaſi-diphthongeſcit. Uſus tamen obtinuit, ut הּ punctatum peculiariter vocetur Mappic He. Forte quod hoc ſolum productionis ſeu prolationis haberet ſignum.

CAP. XI.

DE DAGES.

Dages eſt punctum in ventre literæ, דִּבֵּר

Excipe 1. *punctum in* ה *quod Mappic vocari diximus. Iunius tamen Dages enuntiativum*

tivum vocat. 2. punctum in ventre literæ ו *quando vocalem Schurek constituit. Id tum cognosces, quando præcedens consonans vocalem sub se non habet, ut* עוּר. *Hic punctum cum Vau constituit vocalem. At in* עִוֵּר *est Dages, quia præcedit vocalis. Porro hoc Dages est vel ordin. vel extraordinarium.*

Dages ordinarium duplex est, Forte & Lene.

Dages forte duplicat literam, דִּבֵּר dibber. אַתָּה attha. *atque invenitur in omnibus literis, exceptis quatuor gutturalibus &* ר.

Ideoque vocales breves ante eas dagessandas producuntur in longas: vid. - in (ָ) ·.· & hiric in (..) ִ breve & (ֻ) in ו. Massoritæ notarunt, א quater, & ר novies eo insigniri. Sed id planè ἀνομάλως.

Non potest collocari nisi immediatè post vocalem, eamq; vel brevem, ut in exemplis allatis, vel longam accentu notatam, ut לָמָּה. סַבּוּ. *Hinc omne Camets ante Dages, nullo interveniente accentu breve est* רָנִּי ronni. *At eo interjecto longum* לָמָּה.

Sub hac regula comprehendo quoque Dages in מַה בֶּצַע quod lego *Mabbétzang:* & מַה טּוֹב מַה בְּרִי *Mattob*, nec non in עָשָׂה לְּךָ tribus enim prioribus exemplis per Dahic, in quarto per Athemerahik artificiosâ pronunciatione ita coalescunt duæ voces, ut,

literæ

literæ ה quiescentis nulla ratione habita, pro una habeantur. Dahic vocant Grammatici, cum duæ voces per Maccaph copulantur, quarum prior definit in ה præcedente - aut ∵ aut ָ longo & posterior incipit à litera quæ non est gutturalis aut Vau: Dedimus jam exempla. Athemerachik (.i. veniens de longe) dicitur iste casus, quando duæ voces sine Maccaph junguntur, quarum prior desinit in הֶ vel הָ simulque penacuta est; tum enim accentus dicitur venire de longè. Notant & illud Grammatici ה præeunte (∵) radicale, præeunte verò ָ servile intelligendum esse. In Dahic illud discrimen non observatur. Ibi enim ה radicale quoque præeunte ָ locum habet ut עֲשֵׂה לִּי Illud quoque notandum, in Athemerahik sub הָ comprehendi quoque Kamets nudum sub החזך finalibus. In his n. semper occultè quiescit ה, ut נָדַרְתָּ לִּי pro נָדַרְתָּה Sic יְהַלְלוּךָ סֶּלָה ubi ךָ est pro כָה

Dages fortè ex literis schevatis sæpè excidit alleviandæ pronunciationis ergo, ut פִקְדֵי *pro* פִּקְדֵי, יִשְׂאוּ *pro* יִשְּׂאוּ.

Hujus Dages triplex usus est, vel enim adhibetur ad compensationem literæ absentis & vocatur *amœbæum*; vel ad formationem & vocatur *characteristicum*: vel ad

Euphoniam, & vocatur *Euphonicum. Iun.*

De Dages Leni.

Dages lene tantum ponitur in ſex literis בגדכפת *(memoriæ cauſa vocant Begadchephath) earumq́ ſonum aliàs molliorem paululum indurat.*

Sunt qui hoc recentiorum inventum putant. Ego puto ea, quæ plerique tradunt de quibuſdam ex his literis, fictitia eſſe. Veteres certe accurati ת nunquam aliter quam per th expreſſerunt, & Chaph, quam per CH. Iam & illud certum eſt, Ebræos P Latinum non habere, ut per Dages lene ei non poſſit tribui ſonus τȣ̃ P. Liquet hoc quoque ex Επφαθα Marc. 7. Si enim ſermo Ebræus P haberet, is ſaltem in Phe fortiter Dageſſato audiretur. Si tamen vis aliquod diſcrimen obſervare pronuncia פ f. at פּ cum Dages leni ph aut potius πφ, ut in Σα-πφω.

Hoc Dages nunquam ponitur poſt vocalem ſed ſolet collocari poſt Scheva quieſcens, idque vel initio dictionis, ut דָּוִד *vel in medio ut* נִכְתַּב, *vel in * fine ut* פָּקַדְתְּ.

*Huc refer quoq; יָחַדְתְּ שָׁלַחַתְּ. In his enim Phathach furtivum eſt vicarium Schevatis quieſcentis. Vide ſupra.

Nota initio dictionis collocatum eſſe quoque poſt Scheva quieſcens, ſubintellectum videlicet ſub ultima præcedentis vocis litera. Si enim præcedens dictio deſinat in literam quieſcentem, non ſolet litera ini-

tialis Begadchephath dagessari. Hinc sunt regulæ illæ Grammaticorum, *Literæ Begadchephath initio dictionis habent Dages lene, nisi præcedat una ex literis Ehevi*; quia vid. eę non habent subintellectum Scheva. nec non & illa, *Literæ Begadchephath post Scheva quiescens habent Dages, post mobile Rhaphe.* Ad primam regulam denuo annotant IV. loca, quibus litera Begadch. initialis etiam post literas Ehevi habet Dages lene, vid. Mappic, Maphsic, Dahic & Athemerahic. Mappic vocant, quando dictio præcedens terminatur in הּ vel Jod & Vau diphthongescens, istæ enim literæ habent subintellectum Scheva. גּוֹי גָּדוֹל. Hinc post יְהוָה ut & יֱהוִֹה semper Dages lene, quia hoc legitur אֱלֹהִים, illud אֲדֹנָי. Maphsic, quando in fine præcedentis vocis est unus ex 5. majoribus accentibus, licet & alii hic locum habeant. Cætera duo hùc alienè afferuntur, quia inurunt literæ sequenti Dages forte, quod inde apparet, quòd etiam Dages ponant in aliis literis quam Begadchephath, ut supra visum est. Sunt & duo alii casus, quibus initialis litera Begadch. habet Dages l. etiam præced. litera quiescenti, 1. si litera quiescens habeat ante se (:) ut וַיַּרְא דָּוִד. 2. quando initio dictionis concurrunt duæ literæ

Membrum primum multas habet exceptiones, quas aliquot regulis complexus est Buxtorf.

Begadch. ejusdem ordinis, אֶמְתָּךְ בְּפִי
Extraordinarium Dages est in אַתְּ & שְׁתַּיִם cum suis derivatis, nec enim id forte, nec lene esse potest. In אַתְּ ratione vocalis antecedentis forte esse posset, in שְׁתַּיִם ratione sequentis; sed hîc antecedens punctum, illic sequens obstat. Est itaque tantum positum illud Dages ad indicandam literam elisam. Ut enim אַתְּ pro אַנְתְּ, sic אַתְּ pro אַנְתְּ, quod in Chald. & Syriasmo adhuc usitatum est. Sic שְׁתַּיִם est à Th. שָׁנָה. Et quis novit utrum & in בָּתִּים non ejusmodi Dages sit?

Appendix de Rhaphe.

Rhaphe est lenitas immunis à Dages leni. Eam Veteres exprimebant per lineam transversam supra literas Begadchephath poni solitam. Sed quia absentia τῶ Dages satis indicat eam lenitatem, amplius in usu non est.

Observavit Cl. Drusius, in Michlol etiam poni super alias literas, ac proinde etiam indicasse absentiam Dages fortis ab eâ litera quæ debuisset dagessari, ut supra ל in הַלְוִיִּם. Et illud certum est, apud Grammaticos Ebræos Raphe in opposito quoque habuisse Mappic. Sic Raphe collocarunt super ה

in לָהּ ei, Zach. 5. 11. Debuisset enim esse לָה. Sic in בֵּאלֹהִים esset enim בֶּאֱלֹהִים.

CAP. XII.

De Quasi-Diphthongis.

Quasi-Diphthongos in lingua Ebræa constituunt duæ literæ Vau & Iod, quæ in medio vocis cum præcedenti vocali coalescentes, habent expressum Scheva quiescens, ut לֵילְךָ הוֹצֵא בֵיתָה: In fine vero subintellectum. Vau & Iod in fine dictionis quasi-diphthongescentes à Grammaticis vocantur Mappic Vau & Mappic Iod.

Regula de his.

Vau & Iod in fine dictionis semper leguntur & in præcedentem syllabam coalescunt, tanquam vocalis in Diphthongo. שְׂלָו schlau, *coturnix* קָו kau, *linea*, גֵּו *tergum*, זִיו *nomen mensis*: אֲדֹנָי. שַׂדַּי. גּוֹי. גָּלוּי.

Excipe Iod post (..) ut דִּבְרֵי dib-re.

Alii addunt quiescere quoque in Hiric, לִי Sed in talibus Jod vocalem longam constituit. Observa quoque ex exemplis allatis, post quas vocales hæc fiat coalitio,

Vau vid. post ָ .. - & hiric longum. Jod post ָ - & ו Nunquam post (..) cum quibuscunque enim vocalibus Vau & Jod in fine coalescunt per Scheva subintellectum, cum iis si in medio coalescant, habent scheva expressum. Unde constat Jod post (-) legi in דְּבָרַי &c? 1. Quia litera Begadchephat sequens semper habet Dages lene. 2. Quia ea in medio occurrens post (-) habet scheva expressum, ut in בַּיְתָה לַיְלָה &c. At post ' sequens Begadchephath semper est Raphe, nisi aliundè causa sit, vid. à Maphsic &c. Et in medio nunquam apparet scheva, ut הֵיכָל *templum*, non הֵיְכָל.

Vocavi Quasi-Diphthongos, quia veras Diphthongos Ebræos non habere prolixè docuit Cl. Drusius in libro suo de R. Lectione Linguæ Sanct. Vera Diphthongus est sonus ex duabus vocalibus conflatus, unde Bivocalis Lipsio dicta. At in his nec Vau nec Jod vocalis est. Quoties enim aliquid additur, mox ostendunt se consonantes, ut cum à גוֹי fit גוֹיִם, à גָּלוּי fit גְּלוּיִם, à עָנָו fit עֲנָוִים imo & Dages accipiunt, ut ad יְקַו יְצַו futura contracta, si denuò adjicias ה, habes יְקַוֶּה יְצַוֶּה. Simile in Latio est *Cui*, unde *Cujus*. Vide Scalig. de caussis L. L.

An Diph-

An Diphthongus in בַּיהוָֹה *&c.*

Negant & quomodo legendum sit docent Drusius, Buxtorfius, Scindlerus, &c. Ego unum addam. Aut legendum est *bahova*, aut *Baihova*. Si *Bahova*, tum non est diphthongus & impingitur in principia linguæ, quæ non patitur, ut Jod post phatach quiescat; Si *Baihova*, iterum impingitur in principia, ubi n. auditum, ut Jod in medio diphthongescens non habeat Scheva expressum, maxime cum in absoluta voce יְהוָה sit Scheva? Quis ergo non videt esse puncta nominis אֲדֹנָי, quod hoc habet peculiare, ut cum literis וכלב compositum amittat suum chatheph phathach, בַּאדֹנָי &c. Si vero Judæi firmandæ superstitioni suę scheva sub Jod abstulerunt, miror nulli eam fuisse fiduciam, ablatum ut reponeret.

Nec in יְרוּשָׁלַםִ.

Est enim defecta scriptio. Plena quinquies occurrit, יְרוּשָׁלַיִם. Sunt ergo duæ distinctæ syllabæ LA & jim; non una LAIM. Loca defecta ex plenis judicari debent. Ebræi ajunt vocem habere formam pluralis numeri, quod urbs in duas partes quasi divisa esset, superiorem, quæ vocatur ἄκρα & ἀκρόπολις & civitas David, Ibi erat Templum & regia Davidis; & Inferiorem, in qua

populus habitabat. Alii referunt ad duplicem Ierusalem, cœlestem & terrestrem, atque hujus deletionem per deletionem literæ Jod significatam volunt.

CAP. XIII.
De Accentibus.

Qvicquid præter hæc puncta, quæ jam vidimus, apicum lineolarũve occurrit in textu Biblico, accentuum nomine complectuntur Ebræi. Excipio circulum o *qui vocibus quibusdam superimpositus idem est, quod* כְּתִיב scriptum, *terminus Massoriticus, eique in margine respondet* 'ק *id est* קְרִי lectum.

Accentus dividuntur in Rhetoricos & Grammaticos.

Rhetoricorum officium est condecorare pronunciationem, lectionis cursum regendo; Suntq; duo, Metheg ָ *& Maccaph* ־ב.

Metheg inhibet & quasi suspendit lectionem, unde & nomen habet. מֶתֶג *enim frænum significat, unde dictitant, qui legit sine Metheg est sicut equitans sine fræno. Euphonicum vulgo vocant.*

Regulæ de Metheg.

1. Tertia syllaba ante accentum Grammaticum, si nec in Dages, nec Scheva desinat, habet Metheg, אִֽירְשֶׁנָּה. Si in Dages vel

vel Scheva desinat, rejicitur ad quartam, מַחֲלְבָן.

2. Voces polysyllabæ, si primam Syllabam Dagessatam habeant, Metheg habent, ut sunt voces a ו convers. & præp. מ & ה articulo inchoantes, מִמָּֽחֳרָת.

3. Inter puncta rapta & puncta affinia, semper Metheg est, נַֽעֲלוֹ. Qui manet tum quoque, cum punctum raptum resolvitur in vocalem brevem, נַֽעַלְךָ. Vide supra.

4. Scheva quiescens sub gutturali positum, regulariter ante se habet Metheg, יֶֽהְיֶה.

5. Metheg sæpe supplet defectum literæ Jod, יִֽרְאוּ pro יִירְאוּ & Vau, ut גְּֽבֻלְךָ pro גְּבוּלְךָ. Nam

6. Metheg regulariter ponitur post vocales longas accentu Grammatico destitutas ante Scheva, & tunc Scheva legitur פָֽקְדוּ *Si accentus Grammaticus interveniat, quiescit, ut dictum est p. 34.*

Consectarium.

Ergo Camets ante Scheva simplex interjecto Metheg, longum est, & contra, non interjecto Metheg, est breve חָֽכְמָה hhachema. *sapuit.* חָכְמָה hhochma, *sapientia.*

Hoc specialiter notandum fuit de Camets, ob ambiguam ejus potestatem. Cave autem credas Martinio hoc ipsum de quavis

vocali

vocali asserenti, *Metheg*, inquit, *vocalem antecedentem producit*. Sic n. esset quoque hiric longum in יִזְבְּחוּ יִהְיֶה.

7. Ex duplici causa duplex sæpe Metheg in voce productiori, ut מַֽמְחָֽרַת, ubi Metheg in prima syllaba, juxta Reg. 2. & in 2. juxta Reg. 3. וַֽאֲבָֽרְכָה ubi Metheg sub ו juxta Reg. 2. & sub ב juxta Reg. 6.

8. Metheg collocandum ante zakeph Katon sæpe commutatur in Munach vel Kadma. Ante Rebia ע in Munach: ante Geresh in Kadma: ante Tipcha in Mercha. Itaque ex accentu Grammatico in eadem voce sequente colliges esse vicarios τῶ Metheg, ejusque naturam induere.

Maccaph lectionis cursum urget, copulando duas tresve dictiones, ita ut sub una accentu Grammatico unam quasi vocem constituant, ut Syro-Chaldaicum. Ebræo-Græco-Latinum.

Regula.

*Maccaph spoliat vocem quam sequitur accentu Grammatico & mutat vocales * longas in breves analogas. Vid.* (..) *in* (∵) *&* (.) *item Holem in* ּ *br. aut* (,) כָּל־הָאָרֶץ, בְּדְנוּן, חֶז־לִי *quod esset* כֹּל.

* Nisi literam quiescentem includant, ut כְּבוֹד־ חֶבְלֵי־.

Confect. *Ergo omne Camets ante consonam mobilem sequente Maccaph breve est,* כָּל־ chol. *At* מָה־ ma: *non* mo, *quia* ה *non est mobilis.*

Appendix.

Appendix. Multi numerum accentuum Rhetoricorum sine causa multiplicarunt, dum ex uno Metheg varios fecere. Res ita se habet. Massoritæ accentum Metheg pro diverso situ & usu diversis Epithetis insignivêre. Adhibitum enim interpuncta rapta & affinia vocarunt Maärich: *Post* (.) *ante* (:) Hiruk: *Adjectum Schevati vocarunt* געיא Gaäja, *quod in numeris valet* 84. *Toties enim schevati adjectum observarunt Massoritæ. At Grammatici hinc totidem accentus fabricati sunt, insuperq́ue sanxerunt, Hiruk cum frendore, Gaäja cum mugitu pronunciandum esse, ac si inde nominum esset origo* (חרק *enim sign. frendo, ut* געא *in Chald. mugio) & in lingua sancta, opus esset præceptoribus tauris & apris. VVeiganm.* Hæc nihil ad Tyronem.

SECTIO II.

De Accentibus Gramm.

Accentus Grammatici adhibentur vel ad acuendas syllabas, sonique moderationem: vel orationis continuationem & distinctionem.

Acuere syllabas commune omnium officium est, cujus respectu tonici vocantur, numeranturque vulgò 30. *Horum alij supra literas ponuntur, alij infra eas ordini vocalium inseruntur.*

Acuunt seu elevant istam syllabam, in qua cujusq́.

cujusque sedes est, quam ex accuratâ Grammatica facilè hauries. In genere hoc nota, sedem eorum esse vel in ultima vel in penultima syllaba; quæ in ultima accentus sedem habent, vocantur voces Milraῳ, אָדָם Quæ verò in penultima, vocantur voces Milel; *penacutæ, ut* מַמְלֶכֶת בֶּגֶד.

Ubi illud prætereundum non est, accentus quosdam vel dictionis principio semper collocari, unde *præpositivi* vocantur, vel dictionis fini adhærescere, unde *postpositivi* vocantur, qui tamen non semper vel primam vel ultimam syllabam acuunt, sed eam quam analogia Grammatica requirit. Præpositivi sunt Meaijela, Iethib, & Telischa gedola, nec non in Metricis libris Tipcha. Si ergo in בֶּגֶד Iethib ponatur sub ב, benè est, locumque suum habet, sed ex accidenti; Si vero in מַמְלֶכֶת adjiciatur initiali Mem, non eam syllabam, sed secundam acuet, quod voces ejus formæ sint penacutæ. Sic si in אָדָם collocetur ante ד ד֖ א, aut supra א ponatur Thelischa, tamen ultimam acuet. Postpositivi sunt Segolta, zarka, Telischa parva, & Pastha. Atque hic posterior semper geminatur in vocibus penacutis, ut & acutis Phathach furtivo, geminove Scheva terminantibus. Atque tunc prior sedem

ſedem accentus denotat.

Alterum eorum officium eſt continuare vel diſtinguere orationem. Dividunturq́ hoc reſpectu in XIX. Reges & XI. Miniſtros. Miniſtri continuant, unde ἄχρονοι dicuntur: Reges diſtinguunt, licet diſpari poteſtate. Vulgò hinc χρονίους vocant.

Qui maximè diſtinguunt, ac proindè accentus Magni, item Pauſæ vocantur, ſunt V. ac proindè Tyronibus maximè notandi, 1. Siluk *ֽ constituit ſententiæ perfectæ periodum, unde in ultima vel penultima ſyllaba verſus tantum collocatur, qua ratioue à Metheg diſtingui poteſt.* 2. *Athnach ֑ constituens ſententiæ inchoatæ Colon, nos per duo puncta ferè exprimimus, poniturq́ in medio verſus. 3. Rebiaע בּ punctum non ad latus literæ poſitum ut Holem, aut punctum τοῦ Schin, ſed medio literæ incubans, conſtituit ſententiæ inchoatæ comma διαστολικὸν, (,) 4. Sakeph Katon ב֔ 5. Segolta ב֒, ambo ejuſdem cum 3. poteſtatis. In libris tamen Poëticis vulgò אֱמֶ״ת dictis .i. Iob, Proverbijs & Pſal. poſteriores non eum ſemper uſum habent.*

Canones διακριτικοὶ.

Qui in Biblijs verſatur, facile diſtinguet Grammaticos à Rhetoricis, dummodo duorum Rhetoricorum figuram noverit. Solus Siluk figuram communem cum Metheg habet, ſed quomodo

modo invicem dignosci possint, jam diximus.

Quia tamen in libris vulgò editis, characterum inopiâ omnes Grammatici eâdem figurâ, quâ Metheg, notantur, distingues inter eos harum Regularum ope,

1. Cum unus est accentus in voce, Grammaticus est, nisi sequatur Maccaph, tum si quis erit, pro Rhetorico habendus est.

2. Cum duo sunt in voce, prior est Rhetoricus, posterior Grammaticus, פְּקֻדֵי.

3. Cum tres, duo priores sunt Rhetorici, juxta duas diversas regulas collocati, tertius Grammaticus.

Canones de Accentibus Magnis.

1. Accentus magni, ut & aliquando alii ex Regibus sæpe mutant vocales parvas in longas, & vocales asystatas in systaticas.

2. Quando mutant vocales p. in longas, non fit trajectio, sed retinent locum suum. Mutant autem phathach ultimæ syllabæ thematum & affixi pr. plur. & penultimum in dualibus, nominibusque formæ בַּיִת in (ּ) מָיִם דְּבָרָי עִמָּךְ Segol & phathach Vicarium in nominibus penacutis in (ּ) אֶרֶץ נַעַר. Excipe עַתָּה & אַתָּה, quæ aliàs sunt Milra.

3. Quando vocales asystatas .i. Schevà & puncta rapta mutant in vocales systatat. fit trajectio ab ultima syllaba, ubi juxta analo-

analogiam collocandi erant, ad penult. Et quidem his casibus atq; hoc modo. 1. Scheva ante affixum ך mutant in (··) דְּבָרֵךְ pro דְּבָרְךָ Sic פִּשְׁעֵךְ pro פִּשְׁעֲךָ Excipiuntur particulæ indeclinabiles, in queis fit punctorum permutatio ut עִמָּךְ in pausa, pro עִמְּךָ. 2. Camets raptum nominum formæ עֳנִי in Holem, עֹנִי 3. Scheva, item -: & ::: vicaria in nominibus formæ כְּלִי in (··) ut כֵּלִי. Sic à עֲדִי in accentu magno עֶדִי. Quod imitantur futura contracta ab חָיָה & הָיָה. Hinc אֱהִי יְחִי pro אֶהְיִ יִחְיִ Excipe חֲצִי pro חֵצִי & אֲנִי pro אֳנִי 4. In præteritis, Imperat. & futuris in ל״י & ה terminantibus, Scheva sub media radicali collocatum tam mobile quam quiescens redit in eam vocalem unde descendit, phathach porto in (ָ) producto. Exempla vide in Grammat. ad præt. Imp. & futura Kal & aliarum conjug. Sic in Imper. Quiesc. Phe Jod. שְׁבִי pro שְׁבִן & דֵּעִי pro דְּעִן. Atque hoc imitantur quædam ex Quiesc. ל He, תִּבְעָיוּ חֲסָיוּ, In quibus Jod est vicarium tertiæ radicalis.

Regula de retractione Accentuum.

Cæteri accentus aliquando retrahuntur ab ultima ad penultimam, quo casu vocalibus hiric longo, Tzeri, Shurek & Cholem idem accidit, quod sequente Maccaph.

Hæc retractio fit 1. propter Vau conversivum in futuris non omnibus, sed iis quæ desinunt in consonam mobilem, præcedente gemina vocali longa, וַיְבָרֶךְ, à יְבָרֵךְ. Sic וַיָּקָם à יָקֹם seu יָקִים. Et וַיָּגֶל à יָגִיל. Non autem dicimus וַיִּפְקֹד וַיִּפְקָד quia penultima syll. non habet vocalem longam. In imperf. futuris, ultima ע ח & aliq. ר, est Phathach.

2. Secundò propter vocem sequentem penacutam vel monosyllabam, ubi hoc iterum requiritur, ut vocalis penultima sit longa & pura, מָצָא חֵן, תִּכְתָּב זֹאת, הֵשֶׁב לִי.

NB. his casibus accentum magnum non retrahi.

CAP. XIV.

Regulæ aliquot de Syllaba.

1. *Vocales longæ cum consona sua per se perfectam syllabam constituunt,* רִבָּה בָּ בֵּ.

2. *Itaque cum ejusmodi syllaba ad se trahet aliam literam mobilem, quod fit per Dages vel Scheva, ut fiat syllaba mixta, opus est accentu Grammatico,* פְּקֻדָּה לַיְלָה, לָמָּה. *In quibus exemplis ultimis syllabis quidem accedit litera alia, sed immobilis, ideoque accentum non requirit, & syllaba pura censetur.* דָּבָר *&c.*

Consectaria

Consectaria duo.

1. Ergo Camets ante Dages vel Scheva positum non interjecto accentu, breve est: interjecto, longum.

Hoc supra in Consect. Reg. 6. de Metheg, annotatum fuit de Scheva & Metheg. Hic nota, ut productum appareat ִ ante Scheva, sufficere Rhetoricum, ut tunc visum est: At ante Dages idem ut fiat; opus esse Grammatico, אַתָּה לְּכָה.

2. Omnes voces quæ desinunt in syllabam ex duabus consonis mediante vocali longa mixtam; sunt Milra i. accentuantur in ultima; הִפְקִיד דָּבָר.

3. Quod si accentus ille locum habere non possit in syllaba ista, ubi analogia postularet Dages in litera vocali longæ præcedenti adjungendæ, convertuntur vocales longæ in breves, ut in Maccaphi & retractione accentus supra ostensum est; sic à תָּסֹבִּי fit תְּסֻבֶּינָה. Ubi Holem migrat in (ֻ) quia accentus in eadem syllaba manere non poterat. Sic à מָגֵן fit מָגִנּוּ. Hinc Dages vocatur hostis vocalium longarum. non n. patitur eas ante se, nisi mediante accentu Grammatico.

4. Kibbuts aliquando vicarium est וּ

Quando vid. ſine accentu Gramm. ſyllabam puram abſolvit, ut גִּנְבָה, aut etiam cum accentu, נִבְשָׁה Metheg hic quoque ſupplere ſolet abſentiam τȣ̃ Vau, גִּבְּלָה gebulecha. Vide Reg. 5. de Metheg.

5. *Chiric longum aliquando ſcribitur ſine Iod, quod ne te decipiat obſerva hanc regulam.*

Omne Hiric dictionem finiens cum accentu, aut in medio occurrens non ſequente Dages vel Scheva, longum eſt, etſi non habeat additum Iod יָקִם, דָּוִד גוֹיִם צַדִּקִים

Cum accentu] Dualia ergo omnia deſinunt in Hirik parvum, יָדַיִם. Sunt enim omnia penacuta. Sed excipe ab hoc membro priori quædam Monoſyllaba, מִן עִם אִם &c. Licet hæc fere Maccaph poſt ſe habeant, quo ſpoliantur accentu. A poſteriori excipe ea in quibus Dages abſorbetur, עִיר נִאֵץ & ubi Metheg defectum ſupplet, יִרְשׁוּ ubi longum eſt.

Vocales breves non abſolvunt ſyllabam per ſe, ſed trahunt ordinariè ad ſe literam ſequentem per Dages vel Scheva, ut רָנּוּ מַלְכּוֹ niſi accentum Gramm. habeant, tum enim & illæ, maxime - & ∴ ſyllabam abſolvunt, שָׁבַת נַעַר, item niſi Dages abſorbeatur נִחַם

7. Hic Schureck ſæpe vicarium eſt τȣ̃ (ו) quod inde deprehendes, quando immediate

diate poſt ſe habet Dages vel Scheva ſine accentu interjecto הוֹלֶדֶת הוּכָּה. Item Hiric longum Hiric parvi, ut בִּיזְרְעֶאל בִּיקָרוֹתֶיךָ כִּיתְרוֹן pro בְּיִזְרְעֶאל בִּיקְרוֹתֶיךָ כְּיִתְרוֹן.

CAP. XV.

Recolliguntur regulæ de Camets brevi.

Camets breve in libris vulgatis vel ſic (ָ) vel ſic (ֳ) pingitur. Cum ſic (ָ) bene: cum ſic (ֳ) male. At cum bene pingitur, confunditur figura cum Camets longo. Ut itaque hoc caſu dignoſcas à Camets longo, obſerva has 3. regulas, quarum ultima raros caſus continet.

Omne Camets cũ accẽtu grãmatico, quod postea sequat longum e. לָמוֹת lã; mas לַיְלָה lajla. sic דָּבָר dabar.

1. *Omne Camets poſt quod immediatè ſequitur Dages vel Scheva, nullo accentu interjecto, eſt (ָ) breve,* רָנּוּ ronnu, חָכְמָה *hhochma. Excipitur* בָּתִּים batthim, *ædes.*

De hac regula egimus cap. 11. 13. & 14. Tria nota. 1. quod de accentu interjecto monemus, ſi enim is adſit, eſt Camets longum & (:) ſequens mobile. חָכְמָה *hha-chema.* 2. per Scheva hic intelligi tam expreſſum quam ſubintellectum, de quo cap. 7. ſect. 3. Atque ita ſub hac regula continentur duæ aliæ, quas ſeorſim tradunt quidam. 1. *Camets ante Maccaph breve eſt*, ut כָּל־ *chol.* 2. *Item (ָ) in fine verbi ante conſonam mobilem accentu carentem* וַיָּקָם־ *vayakom.* Utroque

enim casu habet post se Scheva subintellectum. non item מַה, quod leges *Ma.* nec n. ibi Scheva subintell. sequitur. Imo ipsum Dages sub Scheva subintellecto posset comprehendi; Resolve n. literam dagessatam & apparebit Scheva רָבּוּ רָבְבוּ *rob-bu.* 3. Nota vocem *immediate*, ad excludendos duos casus Dahic & Athemeraihic, ubi mediante ה aliquando ָ ante Dages גִּשָׁה נָּא *geschanna.* יָלְדָה בַּת *jaledabbath.*

2. *Omne Camets ante Camets raptum breve est, non obstante accentu.* Excipe ָ articuli ה, quod semper longum est, ut הָאֳנִי ἡ ναῦς. Vide cap. 9. Sect. 2.

3. *Camets ante Camets breve descendens ex Camets rapto breve est*, אָהָלְךָ oholcha *&c.* *Vide ibidem.*

Cum a. male pingitur (ָ:) confunditur cum Camets rapto, ut autem hoc casu dignoscas a Camets rapto; hæc Regula suffecerit, Camets raptum post se nunquam habet Dages vel Scheva, Camets breve semper vel Dages vel Scheva post se habet.

Ergo cum legis עָֽנִי cogita esse ָ: raptum. Cum עֲנִי רָנִּי esse Camets breve & duo puncta tollenda. Camets breve 2. & 3. regulæ huc non pertinet, quia in libris editis nunquam est cum duobus punctis.

FINIS.

SELECTIORUM

REGULARUM TEXTUALIUM,

Quæ ad Grammaticam Ebræam referri commodè possunt,

SYLLABUS.

Pietate & eruditione varia eminentibus viris - juvenibus.

D. JOHANNI BONIO } Middelburg.
D. ANTONIO CLEMENTI } Zeland.

SS. Theol. Candidatis, meis non ita pridem discipulis,

S. P.

BIennium jam excurrit, Ornatissimi Juvenes, cum ex Scotia, ubi Philosophiæ operam dederatis non ignavam, Ebraïcandi potissimum caussâ huc appelleretis, commendabat vos de optima notâ Rev. & disertissimus vir, *AEGIDIUS BURSIUS*, sed efficacius vos commendabat vestra conversatio & diligentia. Hæc enim fuit magna, illa inculpata, utraque exemplaris. Diligentiam in eo probatum ivistis, quod brevi temporis spatio adeò egregiam consecuti sitis sanctioris istius literaturæ notitiam, ut spondere ausim, dummodo eam porro excolatis, vos in ordine sacro pares paucos, superiores vix ullos habituros, atque olim Athenis nostris non futuros indecores. Conversatio vestra sancta, vere theologica, qualem requirit ista professio, cui apud nos ignota est? Sobriam &

ab omnibus, quæ aliàs, ut nunc mores mali sunt, excusare solet adolescentia, alienam egistis vitam, ab omni pravo sodalitio, ubi digitum Dei agnoscite, pertinaciter segreges, vocationis vestrę laboribus solummodo intenti. Hinc non postrema Acad. nostræ ornamenta estis habiti, mihique imprimis, qui vos penitius novi, adeo fuistis chari, ut desiderium vestri non exiguum apud me reliqueritis. Sed ratio studiorum vestrorum sic postulabat, & academiæ verè instar portuum. Agnoscitis jam, opinor, cur ex discipulorum meorum numero vos selegerim, quibus hunc syllabum inscriberem. Ea enim jam fecistis in hoc campo spatia, ut de præceptore quondam vestro possitis judicare. Et licet loci intercapedine aliquousque jam simus dispreti, volui tamen & hoc extare mei erga vos amoris pignus. Valete præclari juvenes, & diurnate. Franekeræ Fris. 20. Octobris 1620.

Vester

S. AMAMA.

Regulæ generales de Verbis.

1. Verba Activa sæpe conatum & voluntatem duntaxat significant.

Deut. 28. 68. Vendetis vos & non erit emptor *.i. voletis vos vendere, exponetis vos veno. Exod.* 12. Si peregrinus fecerit Pascha *.i. voluerit facere. Gen.* 37. 21. *de Ruben*, Et eripuit eum *.i. voluit eripere. Amos* 9. Etsi occultaverint se ab oculis meis. *Act.* 7. 26. Compulit eos ad pacem. *Sic pij magnificant DOMINUM.*

¶ 2. Verba Ebræorum quæ ratione significationis composita sunt, sæpe pro simplicibus ponuntur.

Sic שׁוּב reverti *pro* ire, *Esth.* 2. 14. Et vesperi שָׁבָה revertebatur ad gynæceum secundum, *.i. ibat. Sic Ruth.* 1. 10. *Gen.* 15. Ætate quarta redibunt huc *.i. venient. Sic & Gen.* 24. 5. *Sic verba* עָלָה ascendo *&* יָרַד descendo *passim adhibentur pro* הָלַךְ eo, *nulla habita situs ratione*, *Iud.* 11. 37. אֵרֵד descendam ad montes *.i. ibo. Et* 15. 11. descenderunt in summitatem petræ. *Ios.* 7. 24. ascendere fecerunt eos in vallem Achor. *Iohan.* 4. 47. rogabat eum ut descenderet.

Sic ἐξελθεῖν pro simplici Marc. 3. 21. & 8. 11. & 11. 15. Vide Bezam.

¶ 3. Quando in verbis, Phe & Ain .i. prima & secunda thematis duplicantur, augetur significatio: Quando verò Ain &

Lamed,

Lamed, minuitur.

Exempla membri 1. יְפֵיפִית valde pulcher fuisti. *Ps.* 45. *a* יָפָה, תְּשַׂגְשֵׂגִי facies ut multum crescat, *Fut. piel pro* תְּשַׂגִּי *à* שָׂגָא *Iesai.* 17. 11. שַׁעֲשֻׁעַ *à* שָׁעָה *Psalm.* 119. *in Beth & Teth. Sic* עַרְעָר nudatissimus *à* עָרָה, *Exempla membri* 2. שְׁחַרְחֹרֶת subnigra: אֲדַמְדָּם subrufus: יְרַקְרַק subviridis.

4. Verba Ebræorum aliquando sunt prægnantia, ut alterum includant. i. verbum unum sæpe pro duobus ponitur. *Psalm.* 68. לקחת מתנות באדם accepisti dona inter homines, *Ephes.* 4. 8. dedisti dona hominibus: *Ergo*, accepisti *.i. accepisti & distribuisti, accepta distribuisti. Sic Hos.* 14. 2. קח טוב, *Sic*, accipies carbones super caput ejus *.i. accipies & pones. Matth.* 4. 5. καὶ παραλαμβάνει *& accipit eum Diabolus in sanctam urbem .i. acceptum transtulit, quod Lucas cap.* 4. *expressit per* ἀναγαγών, subducens. *Persius*, quantum sitit canis Appula *.i. sitiens exhaurit. Vide Casaub.*

¶ 5. Verba sæpe includunt verbale.

Psal. 50. Sacrifica Deo laudem *.i. sacrificium laudis. Psal.* 13. Ne dormiam mortem, *.i. somnum mortis, quod Ierem. dixit*, dormire somnum sempiternum.

De

De Præterito.

1. Præteritum apud Ebræos omnes species præteriti complectitur, *Gen.*2. Et complevit Deus die 7. opus suum.*i.compleverat. Vide Cens. nostram. Sub præterito comprehendo quoque Futurum conversum in præteritum.*

¶ 2. Præterita apud Prophetas creberrimè pro Futuris usurpantur, ad significandam maximam rerum expectandarum certitudinem, *Ies.* 9. Puer natus est nobis *&c.*

De Participio præsenti.

1. Participia absolutè posita, ut cum nullo verbo cohæreant, caussam reddunt antecedentium. *Amos* 5. 6. Quærite Dominum ne findat quasi ignis domum Joseph. 7. vertentes judicium in absynthium *.i. convertitis enim judicium &c. Amos* 8. 13. In die illa deficient juvenes præ siti. 14. Jurantes per delictum Samariæ *.i. jurant enim &c.*

¶ 2. Sæpe ponitur pro paulò post futuro. *Ion.* 1. invenit navem euntem *.i. jam jam ituram. Gen.* Ecce ego pluo *.i. pluiturus sum. Sic in N. T. Quò ego ascendo &c. Ascendo ad Patrem &c. Eccles.*2. 16. ימים הבאים dies venientes *i.. venturi. Sic* עולם הבא sæculum veniens *.i. futurum. Exod.* 11. 5. Usque ad primogenitum Pharaonis היושב sedentem

super

ſuper ſolium ejus *.i. paulo poſt ſeſſuri, ſucceſſuri parenti.*

3. Pro Infinitivo, Pſal. 127. *Fruſtra vobis eſt* מַשְׁכִּימֵי קוּם *manicantibus ſurgere* &c. .i.mane ſurgere.

4. Pro prçſente Indicativo cum pronominibus.

Sic הוֹלֵךְ אֲנִי *vadens ego, ego vado.* הוֹלֵךְ אַתָּה *vadis tu, &c. Sic aliquando Præterita quoque & Futura uſurpantur, ſed in generalibus ſententijs.*

De Infinitivo.

1. Infinitivus pro præterito ponitur. *Pſal.* 8. 2. תְּנָה dare *.i.* dediſti, poſuiſti gloriam tuam. *Ier.* 14. 5. *Exod.* 8. 15.

¶ 2. Pro Participio præſenti.

*Gen.*8. 5. Et aquæ fuerunt הָלוֹךְ וְחָסוֹר eundo & deficiendo *.i. euntes & deficientes, ubi & alius Ebraiſmus, pro,* magis magiſque deficientes.

3. Pro Imperativo.

Exod. 20. 8. זָכוֹר recordari *.i.* recordare diei Sabbathi. *Deut.* 5. 12. שָׁמוֹר obſervare *.i.* obſerva Sabbathum. *Zachar.* 6. 10.

¶ 4. Pro Futuro. 2. Sam. 3. 18. Pſ. 77. 2. Jezech. 11. 7.

¶ 5. Pro Nominibus.

Eſth. 1. הַשְּׁקוֹת propinare *.i. propinatio.*

Pſalm.

Psalm. 101. 3. *odi* עשה *facere .i. facta declinantium. Plura vid. apud Drus. pag.* 136. *ad loca difficil. Pentateuchi.*

De Gerundijs cum Mem.

Ea apud Chaldæos semper includunt negationem. At in Ebraismo sumuntur dupliciter, NEGATIVE; 1. Sam. 8. 7. *Me spreverunt* ממלך τȣ͂ μὴ βασιλεύειν, *ne regnem super eos.* Psalm: 69. 24. *Obscurabuntur oculi eorum* מראות Rom. 11. 10. τȣ͂ μὴ βλέπειν, *ne videant.* Hos. 4. 6. מכהן τȣ μὴ ἱερατεύειν. *Et* COMPARATIVE, Psal. 118. *Melius est confidere in Deo* מבטח *quam confidere in hominibus.* Ubi & hanc nota, Particulam Comparationis abusivè poni aliquando pro adversativa, ut loco prædicto; *quam confidere in hominibus* .i. non autem confidere in hominibus. Sic Luc. 18. 14. *Descendit hic* (magis) *justificatus in domum suam quam ille,* .i. non autem ille. Et sic subintellectum *magis* remitti potest. Atque hic alii particulam ἢ accipiunt pro ȣ̓ *non.* Eodem sensu.

Contra adversativa pro comparativa adhibetur. *Hos.* 6. 6. Misericordiam volo לא & non sacrificium *.i. magis quam sacrific.* Scindite cor vestrum & non vestes *.i. magis quam v.*

De

De Imperativo.

Imperat. pro Futuro ſæpe ponitur.
Deut. 32. 49. Aſcende in montem & morere *.i. morieris.* Hoc fac & vive. *Prov.* 4. 4. Cuſtodi præcepta mea & vive.

De Futuro.

Futurum apud Ebræos adhiberi ſolet vel ad denotandum actum continuum, vel fieri ſolitum, vel debitum.

Continuum] *ſic quoque uſurpatur præteritum Pſalm.* 1. 1.

Solitum] 1. *Sam.* 20. 5. Cras Kalendæ ſunt quibus ſedebo cum Rege *.i. ſolitus ſum ſedere.*

Debitum] *Mal.* 1. 6. Filius honorat Patrem *.i. debet honorare.* 2. *Sam.* 13. 12. Non fiet ſic *.i. non debet ſic fieri. Hinc illuſtrabis duo loca, Deut.* 15. 4. Non erit Mendicus in Iſrael *.i. non debet eſſe, tu curabis beneficentiâ tuâ, ut non ſit. Simile*, non erit ſcortum in Iſrael, *ne quis hæc accipiat tanquam promiſſiones. Malach.* 2. 7. Labia ſacerdotum cuſtodient ſcientiam *.i. debent cuſtodire. Sæpè n. non cuſtodiunt. Locus itaque nihil ad infallibilitatem Papæ facit, vide ipſum Riberam Mal.* 1. *Num.* 16. *Caſaub. ad Perſ. p.* 179.

Regulæ ſpeciales ſingularum Conjug. Cal.

KAL. Conjugatio Kal & activa & neutra continet.

Particip. paſſivum.

Hæc participia ſæpe induunt ſignif. activam. *Pſal.* 103. זָכוּר *recordans. Iud.* 8.11. שְׁכוּנֵי habitantes. עָשׁוּק oppreſſor. *Atque huc illi ſpectarunt qui Phariſæos Ebraicè* פְּרוּשִׁים *exponunt*, expoſitores, *Legis videlicet. Optimè, ſi non magis uſus obſtaret quam forma.* פָּרַשׁ *n. in Kal magis ſignificat* ſeparare, *unde* Pheruſhim *potius* ſeparati, *κεχωρισμένοι, quò forte alludit Paulus Rom.* 1. 1. *Expoſitores contra in Piel* מְפָרְשִׁים *vocantur.*

Infinitivus & Gerundia.

Infinitivi & Gerundia Kal ſæpe uſurpantur paſſivè. *Gen.* 4. *verſ. ult.* Tunc cœptum eſt לִקְרֹא *pro* לְהִקָּרֵא invocari nomen Domini. *Pſal.* 66.10. *&* 42. 4. *Prov.* 25.6. *Vnde & Philipp.* 1. 23. deſiderium habens πρὸς τὸ ἀπολῦσαι .i. ἀπολυθῆναι diſſolvi. *Sic fortè & Gerund. Piel & Hiphil Eſth.* 7. 4.

NIPHAL. Hæc conjugatio 1. habet paſſiva ſeu patientia ab alio, eaque non formant Imperativum. 2. Patientia à ſe .i. reciproca, ut נִשְׁמַר *cuſtodivit ſeipſum, cavit ſibi.* Atque hæc Imperativos formant. 3. Multa quæ

in Kal sunt neutra, formant tamen hanc conjugationem, sed tunc vel significatio mutatur, ut נָגַשׁ *accessit*, נִגַּשׁ *exactus fuit*, vel ex alia conjug. activa desumitur significatio, ut à קָרַב *appropinquavit* fit נִקְרַב *admotus est*, desumptâ significatione ex Hiphil הִקְרִיב *admovit*.

Participium.

Participia hæc sæpè eam signif. habent quàm apud Latinos verba in *bilis* & *dus* desinentia. נִבְזֶה contemptibilis, נִלְעָג subsannabilis. *Galat*. 2. 11. κατεγνωσμένος, condemnabilis. *Vide Bezam. Sic Odyss.* γ τετελεσμένον *perficibile*. *Virg*. pictis conspectus in armis.

PHIEL.

1. Quæ in Kal sunt neutra, hic fiunt transitiva sine medio (actio n. transiens aut transit sine medio, ut denotetur causa proxima actionis, aut per alium, seu jussu alterius, ut causa remota & secunda; illa in Piel, hæc in Hiphil denotatur) ut קָדַשׁ *sanctus fuit*, קִדֵּשׁ *sanctificavit*.

2. Quæ in Kal sunt activa, eorum hic intenditur significatio, ut פִּקֵּד *visitavit diligenter*, שִׁבֵּר *confregit, fregit cum vehementia*.

3. Aliquando significationem habent contrariam conjug. primæ & Themati, ut à חָטָא *peccavit*, חִטֵּא *expiavit à peccato*, שֹׁרֶשׁ

radix, שֵׁרֵשׁ *eradicavit*, דֶּשֶׁן *cinis*, דִּשֵּׁן *removit cineres.*

4. Sunt & quædam quæ permissionem tantum significant, ut חָיָה *vixit*, חִיָּה *vivificavit & permisit vivere*, Deut. 20. *Veneficam* לֹא תְחַיֶּה *non sines vivere.* Sic & Exo.1.17.

5. Quædam declarationem tantum significant. *Vt Lev.* 13. 13. *Si sacerdos* טִהַר *mundavit plagam, .i. mundam declaravit. Et vers.* 15. *Si vero* טִמְּאוֹ *polluet eam .i. pollutam, immundam declarabit.*

6. Sunt & hic absoluta quædam, אִזֵּן *auscultavit,* צִמַּח *germinavit:* דִּבֵּר *locutus est.*

HIPHIL.

1. Quæ in Kal neutra, hic fiunt activa seu transitiva sine medio, כָּבֵד *gravis fuit,* הִכְבִּיד *aggravavit.*

2. Quæ in Kal activa seu transitiva sine medio, hic fiunt transitiva cum medio, hoc est, denotantur tales actiones, quæ fiunt alio impellente, alio agente. *VT* פָּקַד *visitavit,* הִפְקִיד *fecit usitare alium,* שמע *audivit,* הִשְׁמִיעַ *audire fecit alium. Hinc innumera verba sunt, in quorum explicatione necessario uti oportet verbo facio, Atque ex hac conjug. videtur explicandum illud Matth.* 5. 45. *qui* ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ, *qui oriri facit solem suum. Alias n.* ἀνατέλλω *est oriri. Sic Lxx.*

βασι-

βασιλεύειν pro, constituere Regem 1. *Sam.* 8. & 2. *Reg.* 3. 2. *Cor.* 2. 14. *θριαμβεύοντι ἡμᾶς, qui triumphare facit nos. Sic Col.* 1. *ἱκανόω idoneum facio, quasi dicas, idoneare, Eph.* 1. *χαριτόω .i. gratiosos facio. Et ibid. ἐκάθισεν sedere fecit. Sic Luc.* 11. 53. *ἀποστοματίζειν. Vide Bezam ad singula loca.*

3. Quædam hic quoque permissionem significant, ut הֶחְיָה sivit vivere.

4. Quædam hic quoque declarationem significant, Prov. 17. 15. *Abominatio est coram DOMINO* מַצְדִּיק רָשָׁע וּמַרְשִׁיעַ צַדִּיק *justum declarans improbum, & injustum pronuncians justum.*

5. Et hic quoque absoluta quædam sunt, quæ videlicet in Kal non sunt usitata, ut הִשְׁכִּים mane surrexit.

HITPHAEL.

1. Habet frequentativa, ut הִתְהַלֵּךְ *ititavit.*

2. Verba significantia actionem reciprocam, eamque vel VERAM, ut הִתְפַּקֵּד *se ipsum præfecit*: Vel FICTAM. ut 2. Sam. 13. 5. הִתְחַל *finge te ægrotum.* Jos. 9. 4. וַיִּצְטַיָּרוּ *& finxerũt se legatos.* Pro. 13. 7. יֵשׁ מִתְעַשֵּׁר וְאֵין יֵשׁ מִתְרוֹשֵׁשׁ וְהוֹן רָב *Est qui divitem se fingit & nihil habet; est qui pauperem se fingit, & habet tamen substantiam magnam.*

Scindl. docet à verbis in Cal transitivis esse significationē reciprocam veram ab intransitivis verò simulatam, imaginariam; jactatoriam, conabũdam & assiduam.

3. Sunt & hic quoque quæ significatio-

radix, שֹׁרֶשׁ *eradicavit*, דֶּשֶׁן *cinis*, דִּשֵּׁן *removit cineres.*

4. Sunt & quædam quæ permiſſionem tantum ſignificant, ut חָיָה *vixit*, חִיָּה *vivificavit & permiſit vivere*, Deut. 20. *Veneficam* לֹא תְחַיֶּה *non ſines vivere.* Sic & Exo.1.17.

5. Quædam declarationem tantum ſignificant. *Vt Lev.* 13. 13. *Si ſacerdos* טִהַר *mundavit plagam*, *.i. mundam declaravit. Et verſ.* 15. *Si vero* טִמְּאוֹ *polluet eam .i. pollutam*, *immundam declarabit.*

6. Sunt & hic abſoluta quædam, אִזֵּן *auſcultavit*, צִמַּח *germinavit:* דִּבֵּר *locutus eſt.*

HIPHIL.

1. Quæ in Kal neutra, hic fiunt activa ſeu tranſitiva ſine medio, כָּבֵד *gravis fuit*, הִכְבִּיד *aggravavit.*

2. Quæ in Kal activa ſeu tranſitiva ſine medio, hic fiunt tranſitiva cum medio, hoc eſt, denotantur tales actiones, quæ fiunt alio impellente, alio agente. *VT* פָּקַד *viſitavit*, הִפְקִיד *fecit uſitare alium*, שָׁמַע *audivit*, הִשְׁמִיעַ *audire fecit alium. Hinc innumera verba ſunt, in quorum explicatione neceſſario uti oportet verbo facio, Atque ex hac conjug. videtur explicandum illud Matth.* 5. 45. *qui* ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ, *qui oriri facit ſolem ſuum. Alias n.* ἀνατέλλω *eſt oriri. Sic Lxx.*

βασι-

βασιλεύειν pro, constituere Regem 1. Sam. 8. & 2. Reg. 3. 2. Cor. 2. 14. θριαμβεύοντι ἡμᾶς, qui triumphare facit nos. Sic Col. 1. ἱκανόω idoneum facio, quasi dicas, idoneare, Eph. 1. χαριτόω .i. gratiosos facio. Et ibid. ἐκάθισεν sedere fecit. Sic Luc. 11. 53. ἀποστοματίζειν. Vide Bezam ad singula loca.

3. Quædam hic quoque permissionem significant, ut הֶחֱיָה sivit vivere.

4. Quædam hic quoque declarationem significant, Prov. 17. 15. *Abominatio est coram DOMINO* מַצְדִּיק רָשָׁע וּמַרְשִׁיעַ צַדִּיק *justum declarans improbum, & injustum pronuncians justum.*

5. Et hic quoque absoluta quædam sunt, quæ videlicet in Kal non sunt usitata, ut הִשְׁכִּים mane surrexit.

HITPHAEL.

1. Habet frequentativa, ut הִתְהַלֵּךְ *ititavit.*

2. Verba significantia actionem reciprocam, eamque vel VERAM, ut הִתְפַּקֵּד *se ipsum præfecit.* Vel FICTAM. ut 2. Sam. 13. 5. הִתְחָל *finge te ægrotum.* Jos. 9. 4. וַיִּצְטַיָּרוּ *& finxerūt se legatos.* Pro. 13. 7. יֵשׁ מִתְעַשֵּׁר וְאֵין יֵשׁ מִתְרוֹשֵׁשׁ וְהוֹן רָב *Est qui divitem se fingit & nihil habet; est qui pauperem se fingit, & habet tamen substantiam magnam.*

Scindl. docet à verbis in Cal transitivis esse significationē reciprocam veram ab intransitivis verò simulatam, imaginariam, jactatoriam, conabūdam & assiduam.

3. Sunt & hic quoque quæ significatio-

nem conjugat. Kal habent, ut הִתְפַּלֵּל *oravit*, הִתְחַנֵּן *supplicavit*.

Regulæ de Verbis conjunctis.

Creberrimum eſt in Ebraiſmo, ut verbum jungatur cum ſuo infinitivo, ut רָאֹה רָאִיתִי *videndo vidi*.

Euthimius ait ſignificari tantum mentis intẽtionem. nimis ſtricte, verum n. id in iis tantum eſt, quæ actum aliquẽ mentis ſignificant.

LXX. & Vulg. hunc infinitivum ſolent exprimere vel per participia, ut ἰδὼν εἶδον, *videns vidi, vel per nomen, ut, exultatione exultabunt, quod crebrum in N. T. Hæc autem exaggeratio non uno modo poteſt exprimi. Obſervandus potiſſimum eſt ſitus Infinitivi, Is ſi ſequatur, ſolet hac phraſi continua actio denotari, ut Ieſ. 6. 9.* שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ *audite audiendo, Ier. 22. 10.* בְּכוּ בָכֹה *flete flendo, Gen. 26. 13.* וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ *& proceſſit procedendo .i. indeſinenter. Sin contra is præcedat, tum aut pertinet ad actionem verbi, aut ad certitudinem rei, & quandoque etiam celeritatem. Actionis cujuſque intentionem ſignificat his locis, hauriendo hauſit .i. magno labore hauſit, Exo. 2. Caſtigando caſtigavit me DOMINVS, id eſt, vehementer, Pſ. 118. Luc. 22.* ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα, *id eſt valde deſideravi. Act. 2. 28. 1. Sam. 1. 10. Rei certitudinem: 2. Sam. 9. faciendo faciam tibi miſericordiam. Veniendo veniam & non tardabo, ubi & celeritatem ſignificat. Ierem. 36. Veniendo veni .i. celeriter, 1. Sam. 14. 39. Moriendo*

riendo morietur, *Vulg. ſine retractatione morietur. Sic quoque Plato in Symp.* ποιῶν ποιεῖ. *Et Lucian. in dial. Menel. & Protei, videns vidi, Gellius* 5. 17. *exercitum occiſione occiſum. Si negatio interjiciatur, vehementiòr redditur negatio Exod.* 5. 23. הַצֵּל לֹא הִצַּלְתָּ

2. Cum verbum finitum jungitur infinito, finitum ſæpe per Adverbium exponendum eſt, Gen. 8. 10. וַיֹּסֶף שַׁלַּח *& addidit mittere* .i. iterum miſit. Sic in N. T. ter, & quidem apud Lucam, 19. 11. & 20. 11. προσέθετο πέμψαι *& addidit mittere*, Actor. 12. 3. προσέθετο συλλαβεῖν καὶ πέτρον. *Hæc Regula potiſſimum locum quoque habet in verbis qualitatis & quantitatis, quæ in conjugata adverbia reſolvenda ſunt, infinitivo, qui regebatur, in verbum quaſi regens reſoluto, Ier.* 1. 12. הֵיטַבְתָּ לִרְאוֹת *benefeciſti videndo .i. vidiſti bene*, 2. *Chr.* 20. 35. הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת *malefecit, egit, faciendo .i. fecit, vixit peſſime. Io.* 2. 20. הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת *magnificavit facere, .i. fecit magnificè.*

3. Sic cum duo verba ejuſdem temporis vel modi ſe mutuo ſine copula conſequuntur, prius per adverbium explicari ſolet.

Pſ. 45. 5. צְלַח רְכַב *proſperare, equita .i. proſpere equita. Pſal.* 51. הֶרֶב כַּבְּסֵנִי *multiplica, lava me, .i. ſæpè; multoties. Sic, revertere tolle librum. .i. iterum tolle*, *Hoſ.* 9. 9. הֶעְמִיקוּ חִטֵּאוּ

 profun-

profundarunt peccarunt .i. profunde peccarunt, profundè .i. valdè, quomodo Latini dicunt, profunda avaritia, nequitia, libido & Apul. profundæ ærumnæ cupidinis.

Regulæ quædam rariores selectioresque de Nomine ejusque constructione.

1. Multa Regum nomina communia sunt. Sic Pharao commune nomen Regum Ægypti, ut hodie Catholicus, Christianissimus Regum Hisp. & Gall. Vide Censuram nostram.

2. Nomina Gentilitia sæpe transeunt in nomina appellativa, ob insignem aliquam proprietatem. *Ut Arabs pro latrone, erat n. ea gens dedita latrociniis, unde & Saraceni dicti,* סרק *n. Arabice, latrocinari, vide Cens. nostram, ad Iudic.* 9. *Canaanæus pro Mercatore, Chaldæus pro astrologo. Exempla profana vide apud Casaub. ad Persii Sat.* 1.

3. Nomen sæpè pro pronomine, *Dixit Moses socero Mosis* .i. suo. Psal. 82. *Stat Deus in cœtu Dei* .i. suo. Vide Pisc. ad illum locum.

4. Nomen abstractum sæpe pro adverbio, maximè si præcedat ב. *Ut* בְּמִרְמָה *in dolo .i. doloso. Sed & sine ea, Deut.* 1. *judicate justitiam .i. juste. Hinc lux loco Ioh.* 8. 25. *Ubi Christus rogatus quisnam esset, respondit,* τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν, *.i. ego id sum quod à*

principio loquor vobis, vel, loquebar. Alij παντελῶς καὶ ὅλως, *prorsus, &c. Vide Bezam & Drus.*

5. Abstracta pro concretis, *captivitas* pro captivis. ἐκλογὴ pro *electis*, *circumcisio*, *præputium*, pro circumcisis, præputiatis.

6. Nomina heëmanthica quæ מ præfixum habent, plerumq; nomina instrumentorum sunt, id est, מ heemanth. sæpè ejusmodi denominativa constituit, quibus tanquam instrumentis actio verbi perficitur. *Vt à* גָּנַן *protexit.* מָגֵן *clypeus.* פָּתַח *aperuit,* מַפְתֵּחַ *clavis,* פּוּחַ *flavit,* מַפּוּחַ *follis, sic* מִזְרֶה *ventilabrum. Sic Ebræi distinguunt* מָאוֹר *luminare ab* אוֹר *luce. Vt vid.* מָאוֹר *sit instrumentum vel corpus pellucidum, per quod lux ea, quæ die primo creata est, splendorem suum transmittat.*

7. In fœmini. cumn nota generis duplicatur, semper aliquid accedit ad significationem propriam. *Vt à* יְשׁוּעָה *salus* יְשׁוּעָתָה *magna salus,* עֶזְרָתָה *Psa. 49. Iun. vertit plenum auxilium, Ps. 63. 8. summum auxilium. Ps. 92. 16. de Deo, non est in eo* עַוְלָתָה *.i. ulla iniquitas, ne minima quidem. Idem fit in verbis,* 1. *Sam.* 1. נִפְלְאַתָה *pro* נִפְלְאָה *admodum mirabilis fuit, Kimchi,* ה geminatum est ad ostendendum abundantem amorem. *Sic Ios.* 6. 17. הֶחְבְּאַתָה *probè & pulcrè occultavit. Idem Kimchi,* Est cum duobus signis fœmin. generis, & omnis

duplicatio ad auxesin.

8. Pro singulari aliquando plurale ponitur per simplicem Enallagen. *Vt in N. T. δεξίαι pro dextra, σάββατα, τὰ ἁγία τῶν ἁγίων, pro, Sanctum Sanctorum, & αἰῶνες pro mundo. Hebr.* 1. *Vide quæ nos hac de re alibi. Act.* 19. 38. *Sed vide Drusium Ebr.* 9. *Gen.* 34. 27. *Temeraverunt Dinam, de uno Sichem, Exo.* 4. *mortui sunt qui quærebant animam &c. De Pharaone, & Matth.* 2. *de Herode. Gen.* 21. 7. *Filios ablactavit Sara, de uno Isahac. Et* 36. 25. *Isti sunt filij Ana, Dischon. Et* 46. 23.

9. Aliquando plurale adhibetur pro singulari, quando Scriptura unum aliquod incertè vult indicare. *Iud.* 12. 7. *sepultus est in urbibus Gilead, .i. unâ aliquâ ex urbibus Gilead. Sic, pullus asinarum. Et Iud.* 14. 5. *Catulus* אֲרָיוֹת *leænarum. Ion.* 1. *Latera navis. Matth.* 27. 44. *Latrones exprobrârunt .i. interprete Luca* 23. 39. *Vnus ex suspensis facinorosis.*

10. Aliquando plurale ponitur pro singulari ad auxesin & amplificationem. *Sic, Elephas, quem Græci κατ' ἐξοχὴν vocant θηρίον, unde apud Suidam, θηρία, οἱ ἐλέφαντες, & Latini* Bellua, *Terent.* Adeóne ferox es quod imperium habes in belluas? *ab Ebræis in plurali vocatur* בְּהֵמוֹת, *quod ratione vasti corporis multarum bestiarum instar sit, Ps.* 49. 4. חָכְמוֹת

& תְּבוּנוֹת

& תְּבוּנוֹת *pro varia ſapientia & multiplici prudentia, vel præſtantiſſima & excellentiſſ. ſapientia.* תּוֹעֵבוֹת *ſumma abominatio. hinc æterna illa & increata ſapientia, Prov.* 1. 20. & 9. 1. *vocatur* חָכְמוֹת.

11. Solent & hoc modo augere & quaſi Superlativum circumloqui, יָפָה בַּנָּשִׁים *pulcra inter mulieres* .i. pulcherrima omnium mul. Sic Prov. 30. *Leo eſt* גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה *fortis inter beſtias.* Et in N. T. Luc. 1. εὐλογημένη συ ἐν γυναιξὶν.

12. Habent & alium modum auxeſεως, quo jungunt nomen augendum cum nomine Dei. *Vt arbores Dei .i. altæ; Cedri Dei. Flamma Dei .i. luculenta, montes Dei .i. alti, Pavor Dei .i. magnus, Sopor DOMINI .i. graviſſimus. Kimchi Pſ.* 65. 10. Elohim eſt cognomen omnis rei magnæ & admirandæ. *Sed, hæc loquendi forma per Dat. quoque exprimitur, Benedictus* לַיהוָה *Domino .i. valde. Ruth.* 2. 20. *Civitas magna* לֵאלֹהִים *Deo. Ion.* 3. 3. *Hinc Moſes dicitur fuiſſe* ἀστεῖος τῷ θεῷ, *Act.* 7. .i. ἐξαιρέτως, *admodum venuſtus.*

13. Et hunc, quo rem amplificandam repetunt in Genit. plurali.

Rex Regum .i. R. potentiſſimus. Servus ſervorum, viliſſimus. Sanctum ſanctorum, vanitas vanitatum, cæli cælorum, ſecula ſeculorum. Atque huc referri videntur hæc poſſe, licet in numero ſing. fiat repetitio, malitia malitiæ, Ier. 6. 26.

6.26. Flamma flammæ, Ies. 28. 16. Ezech. 21. 3. Lamentum lamenti.

Nota hùc à quibusdam referri modum primum Prov. 9.1. חָכְמוֹת בָּנְתָה *sapientiæ ædificat, ut sit per Ellipsin alterius* חָכְמָה *pro* חָכְמַת חָכְמוֹת *sapientia sapientiarum .i. summa sapientia. Vbi & illud nota.*

14. Non esse insolens in Scriptura ut in constructione Substantivi cum Substantivo, prius desideretur & excidat.

Dan. 9. חֲמֻדוֹת אָתָּה *quod Dan. 11. plenè extat,* אִישׁ חֲמֻדוֹת אָתָּה *vir desideriorum tu es. Iob. 32. 19. Venter meus est* כְּיַיִן *sicut vinum .i. sicut uter vini. Iud. 5.7.* פְּרָזוֹן *pro* אַנְשֵׁי פְּרָזוֹן *viri pagi .i. pagani, & sic conciliabis anomaliam 2. Sam. 13.* וַתְּכַל דָּוִד *& desideravit supple* נפש *anima Davidis. Similiter*

Ezr. 3. 10. עַל יְדֵי דוד pro עַל יְדֵי כְלֵי דוד.

15. Cum duo Genitivi se invicem sequuntur & regunt, prior Genit. sæpe excidit, Ut הַר יְהוָה *mons DOMINI*, pro הַר בֵּית יְיָ *mons domus DOMINI.* Sic מַפְתֵּחַ דָּוִד *clavis David .i. clavis domus David*, quod plenum extat Jes.22.22. *Panis facierum*.i.mensæ facierum.

16. Nota & illud ex Junii notis ad Prov. 1.20. Pluralem numerum sæpe adhiberi honoris causa. Huc referunt אֲדֹנִים, unde & אֲדֹנָי formæ גּוֹבַי *locustæ*, חַלֹּנַי *fenestræ*, nec non בְּעָלִים & אֱלֹהִים qua de re vide *Cl. Dr.* Elohim, *Paræi* comm. ad Gen.1.1. *Buxtorf.* in Syntaxi.

17. Ebræi nomina quæ accidens significant, solent jungere subjecto seu substantiæ

per præ-

per præpositionem ב, planè ut Arabes, quorum est, *Deus est in potente*, .i. potens, *Ego sum in credente* .i. credens, vide Cl. V. Th. Erpenii Gramm. Arab. p. 157.

Ies. 21. opus in veritate .i verum, firmum. Prov. Ne esto in vini potoribus .i. vini potor. Sic, in fidejussoribus, Ps. 54. Deus est in sustentantibus animam meam. Sic accipio illud Ps. 51. In iniquitate formatus sum, & in peccatis concepit me mater mea .i. iniquus formatus sum & peccatorem concepit me mater. 2. Petri 2. Conversatio in libidine. Sapientia in Mysterio 1. Cor. 2. Et huc retulerim illud Act. 8. 23. Video te totum esse in felle amaritudinis .i. fel, te totum esse felleum.

18. Adjectiva sæpe subaudienda sunt ad substantiva & contra.

Ies. 1. Lana pro lana alba, Prov. 18. 22. Vxor pro uxore bona 2. Sam. 21. Accinctus חדשה *novo, sub.* חרב *gladio. Sic ad* קהלת *subaudi vocem* נפש *& ad* מבשרות *Ps. 68. 12. vocem* עלמות *puellæ, solebant enim* ἐπινίκια *& à choris puellarum cani, vide Iud. 5. 11. 1. Sam. 18. 5. Vt nullus locus sit regulæ Riberianæ, qua statuit Ebræos ad rei præstantiam significandam uti fœmininis pro masculinis. Vide eum ad Hagg. 1. num. 22.*

19. Cum adjectivo singulari plurale subst. subjicitur, distributio adhibenda est. Ps. 119. יָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ *rectum est judicia tua*, .i. כָּל־אֶחָד מִמִּשְׁפָּטֶיךָ *unumquodq; judiciorum tuorum.*

20. Solent aliquando Ebræi Appositionem Latinorum ita efferre, ut posterius nomen sit Genit.

Fluvius Euphratis Gen. 15. Manus dextræ meæ, Psal. 87: 24.

73. 24. *Sidus Dei vestri, Amos 5. Sic Latini, Vrbemque PataVI, Fontemque TimaVI.*

21. Cum idem substantivum continuò repetitur, distributio denotatur.

Gen. 7. 9. שנים שנים *duo, duo, .i. bina, ut Marc 6.7.* δύο, δύο. *vir, vir, unusquisq. Num. 28. 21.* עִשָּׂרוֹן עִשָּׂרוֹן *decimam, decimam, .i. singulas decimas, ubi turpissime lapsus est Vet. Interpres, dum vertit, decimā decimæ. Vide Cens. nost.*

22. At si Vau interveniat, diversitas.

Psal. 12. loquuntur בלב ולב *corde & corde, .i. duplici corde, Epha & Epha, lapis & lapis .i. mensura duplex seu diversa, & pondus diversum, alterum majus, alterum minus. Loco ponderum enim lapides adhibebant prisci.*

23. Notavit a. Cl. Buxtorf. si כָּל preponatur redire usum priorem, vid. distributionis.

Esth. 9. 21. בכל שנה ושנה *singulis annis, quod* כל *in textu Ebræo denuo sæpè cadit, ut Ezra 10.* זקני עיר ועיר *seniores cujusque urbis, Esth. 1. 22.*

24. Crebræ sunt apud Ebræos locutiones ἐκ παραλλήλου, ubi duo synonyma ita junguntur, ut posterius à priori regatur.

Dan. 12. ארץ העפר *terra pulveris, Deut. 32. 13.* צור החלמיש *petra silicis, &* חלמיש הצור *silex petræ. Sic juxta Aben.* שיר מזמר *Canticum Psalmi; & contrà, Psalmus Cantici. Rom. 1. in similitudinem imaginis. Huc refero illud Ps. 40.* במגלת הספר *in volumine libri .i. in Lege, quæ* κατ' ἐξοχὴν *volumen dicitur seu liber. Veteres libros complicabant in Cylindri morem, unde* πτύξας *&* ἀναπτύξας *Luc. 4. 17. Unde optimè vox* מגלה *per Latinum volumen redditur. Thema enim est* גלל *volvere.*

25. Hæc locutio aliquando auget.

Vt Pſ, 40. E luto cœni .i. luto profundiſſimo, Prov. 20. obſcuritas tenebrarum .i. denſiſſima, ut & 2. Pet. 2. Act. 8. in felle amaritudinis .i. amariſſimo, ſolent n. iſta duo ſe invicem explicare. Sic, vires roboris, lætitia exultationis. Et locus maxime inſignis ob tria ſynonyma conjuncta, Eph. 1. 19. ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.

26. Nomina eleganter ſæpe regunt caſum verbi ſui.

Deut. 1. 27. בשנאת יהוה אותנו *ob odium Domini nos, .i. quia Dominus odit nos, Ieſ. 13. 19. Iuxta ſubverſionem Dei* את־ סדם *Sodomam .i. ut ſubvertit Dominus ſodomam. Saluſt. 3. hiſtor. Facta & dicta Alexandri æmulus erat. Plautus, nulli rei niſi adulterio ſtudioſus.*

Regula de Numeralibus.

Cum poſt tria ponitur אַרְבָּעָה .i. *quatuor*, tum per 4. intelligendum eſt רְבִיעִי quartum.

Prov. 30. tria exempla ſunt; ex quibus conſtare poteſt de veritate hujus obſervationis. verſ. 15. Tria ſunt inſaturabilia, & quatuor non dicunt, ſufficit. At enumerantur tantum IV. Ergo, quatuor non dicunt, idem eſt ac ſi dixiſſet & quartum non dicit. Sic verſu 18. & 21. Hinc lucem facies capiti 1. Amos, propter tria ſcelera, Damaſci, Gazæ, Tyri &c. Et propter quatuor non avertam iſtud. Errant qui hîc ex 3. & 4. faciunt ſeptem. Locutio eſt, qualis eſt in Proverbijs. Hoc tantum diſcriminis eſt, quod illic numerus quaternarius ſtricte accipiendus ſit, enumerantur n. illic ſemper quatuor, Hic vero, quia nulla enumeratio numero reſpondens, numerus certus pro incerto intelligitur. Sic ergo tenendum, Tenarium numerum ſæpe per ſe multitudinem ſignificare, eſt n. primus numerus multitudinis in Scriptura; Plane ut Latinis Ter, in, ter felix, ſapiens. Virg. Ter conatus ibi. &c. Vbi Servius Ter exponit ſæpius. Sic & trium peccata multa ſunt. Cum autem ad numerum ternarium aliquid accedit, tunc exceſſus maximus & amplificatio maxima intelligitur, Sic Latini, o terque quaterque beati, & Hom.

Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο.
Hoc ipsum observandum quoque in alijs numeris, Iob. 5. in sex angustijs liberabit te & in septem non tanget malum i. septima.

DE PRONOMINE.

1. Pronomina relativa sæpe non ad proximum, sed ad remotius referenda sunt.

Gen. 10. 12. Resen inter Niniven & Chelach: היא *ista est urbs illa magna. Ista .i. Ninive, non Chelach, Psal. 99. 7. In columna nubis allocutus est eos, vid. Mosem & Aharon. non verò Samuelē &c. Sic Ebr. 9. 4.* ἐν ᾗ, *non referendum ad* κίβωτον τῆς διαθήκης, *sed ad remotius* σκήνη, *constat n. ex 1. Reg 8. 3. in arcâ fuisse* רק *.i. tantùm tabulas.*

2. Pronomina relativa & adverbia sæpe ponuntur sine suo antecedenti.

Iob. 2. Nudus egressus sum ex utero matris & nudus revertar illuc שמה*: non in uterum, sed in terram, Marci 9. Vermis eorum non morietur sc. damnatorum. Rob, 4. 15. Qui stabit pro eo, sc. Patre.*

3. Pronomina affixa verbis intransitivis, per ἔλλειψιν commodæ præpositionis junguntur, ut יגורך *habitabit te*.i. עמך cū te, tecum.

De Syncategorematibus.

1. Negandi particula cum signo universali in propositione juncta, non influit in signum, sed in verbum; vel ut alii hoc efferunt, Negatio signo universali præposita suæ contrariæ æquipollet.

Ps. 142. Non justificabitur coram te כל־חי *omnis vivens .i. nullus vivens justificabitur, Psal. 49. Non sumet secum omne, .i. nihil sumet. In Logica nostrâ aliter est, unde lapsus est Hieron. dum in comm. ad Eph. 1. locum Ps. 143*

sic ex-

sic explicat, non justificabuntur omnes, sed aliqui. Agiturq; loco præd. de iustitia legali quâ nullus iustificatur. Idem quoque observandum venit, cum negatio post ponitur, Exod. 22. Omnem pupillum non affligetis. Dan. 7. Omnis læsio non est inventa in eo.

2. Adverbia metas significantia, ut עד *usq;* *ἕως donec*, ita affirmant & negant de præterito, ut affirment & negent etiam de futuro, seu, ponuntur pro *interea & postea.*

Math. 1. Non cognovit eam donec peperit, .i. nec ante nec post partum, nunquam. Non exibis inde donec solveris ult. quadrantem .i. nunquam, ut explicatur in Marco. Hæc locutio inde mihi videtur orta, quod Ebræi hâc particula soliti fuerint aliquid affirmare vel negare de eo tempore, de quo dubitari posset, ut sic עד *positum sit pro* ועד *etiam donec, 2. Sam 6. 13. Non addidit parere Michol, usq; ad diem mortis suæ, .i. non peperit quoad vixit, dum parere potuisset. Extra controversiam enim linquitur, post mortem parere non potuisse, 1. Sam. 15. Samuel non vidit Saulem usque ad diem mortis, .i ne eo quidem tempore, quo videre eum potuisset. Psal. 110. Sede &c. Donec posuero, .i. etiam eo tempore quo hostes tui necdum plane debellati erunt. Ero vobiscum usque ad consummationem sæculi .i. etiam eo tempore quo multa vobis evenient, unde de mea præsentia possetis dubitare. Ies. 22. non remittetur vobis hæc iniquitas, donec moriamini .i. nunquam, nam post mortem non remissum iri, ponit Propheta extra dubium, & tamen huic loco superstructus est hodiernus Iudaismus; credunt n. peccata sua morte naturali expiari.*

3. Nota interrogandi sæpe deest, unde verba sæpe juvanda sunt pronunciatione, *Iob. 2. Bonum accepimus à Deo & malum* לא נקבל *non accipiemus?* הֲלא *pro* הלא. *Sic Mich. 5. Tu Bethlehem parva es?* צעיר *pro* הצעיר. *Sensus est, nequaquam es minima, quomodo Matthæus expressit cap. 2. Hæc aliter conciliari non bene possunt. Ebræi n. quando interrogant sine negatione, negant, ut in exemplis allatis: quando cum negatione, affirmant, an non scriptum est in Prophetis? .i. scriptum est.*

4. Chaph nota similitudinis geminata reciprocam similitudinem significat. *Ies. 24. 2.* כעם ככהן *sicut populus sicut sacerdos*

cerdos .i. ut p. sic S. & vice versa, ut S. sic populus. 8. Nota similitudinis sæpe redundat Ps. 49 assimilari sicut bestiis. Rom. 9. assimilati fuissemus sicut Gomorrha. Contra, sæpe deest, Gen. 49.9 Prov. 17.22. 9. Aliquando & nota similitudinis & redditionis simul desunt, maxime in Prov. & Iob * (sicut) aqua frigida animæ lassæ (grata est: ita) rumor bonus ex terra longinqua. Iob. 24.19. (ut) calor & siccitas aquas nivis rapiunt, (ita) infernus rapit eos qui peccarunt. Quem locum nimis licenter vertit vulg. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium, & usque ad inferos peccatum eius. Vnde duplicem Gehennam alteram calidam, alteram frigidam fabricati sunt Scholastici.

* Prov. 25.25.

Regula Majoris Evidentiæ.

1. Ebræi aliquid vehementer affirmaturi efferunt illud per negationem contrarii, ut in Prov. Non prosunt thesauri improbitatis .i. immane quantum obsunt. Accipere personam in iudicio non est bonum .i. pessimum est. Ps. 36.5. in via non bona. Ps. 43.1. a gente non benigna .i. crudelissima. Huc refert Cl. Drusius & locum illum, Non remittetur ei nec in hoc nec futuro seculo, .i. vehementer punietur & hic & post hanc vitam. Math. 12.

2. Vniversale axioma præmissum amplificare solent Ebræi partitione. Eaque vel TEMPORIS, ut Math. 12. Non remittetur ei, Addit, nec in hoc nec fut. seculo i. interprete Marco 3. 29. non habebit remissam in æternum. Scholiastes Ben-Syra, Qui laborant morbo linguæ sanari non possunt, nec in hoc nec in futuro seculo. vel LOCORVM, Deut. 5. 38. Non declinabis ab ea dextrorsum vel sinistrorsum. Vel RERVM, Gen. 31. 25. Non loqueris cum eo quicquam, neque bonum neque malum. Vel denique Personarum, Eccles. 24. 33. Neque primus neque ultimus .i. Nullus omnino, Rom. 1. 16. omni credenti, Et Iudæo & Græco, ubi per Græcos intellige omnes non Iudæos.

4. Toti vel speciei solent subiicere partem aliquando seu individuum, sed nobilius. Iudæa & Ierusalem. Fulcivisti manus meas & dextram. Ps. 47.16. Luminaria & Sol. Ps. 18 1. hostis Davidis & Saul. 1 Reg. 11. 1. Filiæ alienigenæ & Filia Pharaonis. Act. 26.22. In prophetis & Mose, Moses n. princeps Prophetarum merito censendus & Oceanus,

Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα.

Act. 1. 14. Cum mulieribus & Maria matre Iesu. Hom. Troas & Hectora. Aristoph. O dii & Iupiter. Virg. Danaum atque immitis Achilli.

FINIS.

Nota
Rom.
Gen.
x red-
aqua
ngin-
(ita)
enter
m. &
n alte-

ad per
mpro-
udicio
43.1.
ius &
ulo, i.
a.
Ebræi
on re-
Maris
Syra,
nec in
linabit
1. 25.
m. Vel
s ulti-
dao &

Tecti in-
manus
hostes
parap-
rophe-

Sed-
Troas
atque